Cetera sententia est, posse Pontificem cuilibet patronatu sue Ecclesiastico, sue laico derogare. Quia cum ab ipso concessus sit, ab ipso potest fieri derogatio; ut post alios antiquiores, quos referunt Contrauvias præf. quæst. cap. 36. num. 1. Azotius 2. p. inf. moral. lib. 6. c. 23. q. 1. Lessius lib. 2. de inf. c. 34. dab. 9. num. 35. Gonzalez super. eg. 8. cancell. gloss. 18. num. 1. Vnde quez opuscul. de benef. cap. 2. §. 1. dab. 3.

Requiritur tamen causa rationabilis, & iusta, & Ecclesiastico vultus respiciens, vt laicus sit derogatio. Tum quia iuri anteriori qualiter non est institutus absque causa derogare, neque Pontifex privilegium à se concessa tollere potest absque causa; quod maxime procedit in patronatu, fundatione, constructione, donatione Ecclesie acquisto, quia tacitè ob illius acquisitionem haec facta sunt. Quapropter in Trident. l. II. 2. cap. 9. de reform. prudentissime cauetur, cum patronatus Ecclesie aliqui tol-

lent, vt reficiantur ei, quæ in acquisitione talis juris contulit. Pretendit ergo concilium nemini ini acquistum tollere, nisi ei plena satisfactio fiat, sic Azotius 2. p. inf. lib. 6. cap. 23. q. 1. Ut autem valida sit derogatio, nulla requiritur causa. Qui ea quæ ex voluntate Pontificis conceduntur, ipso contradicuntur. Semper tamen præsumi debet causam legitimam ad esse in talis derogatione 2. Causa autem diversa expolitulatur in derogatione patron. laici, ac in derogatione patron. Ecclesiastici. Quia in derogatione patronatus laici derogatur priuilegio onerofo. seu remuneratorio, & in remuneracionem enim fundationis Ecclesie illius fundatotibus patronatus conceditur; quia illius conceditur, quia fundatur, & sub conditione si fundatur. At in derogatione Ecclesiastici patronatus gratiosum priuilegium derogatur; cum totum priuilegium ex gratia sedis Apostolicae ortum habeat, non ex aliquo quasi contractu, & iure acquisito patronorum. Sed ad priuilegii onerofo, & remuneracioni derogationem efficacior causa requiritur, quam ad derogationem gratuiti. Ergo major causa expolitulatur pro derogatione laici patronatus, quam pro derogatione patronatus Ecclesiastici.

3. Solum est dubitatio, quando censeatur utrumque derogatus? Quia in pro certo ita videntur est patronatum laicum nunquam conferi debet derogari, nisi expressa illius sit derogatio: sic ex communis sententia tradit Cou. præf. c. 36. n. 2. & 5. q. 2. & doctores statim referendi. Ratio est. ne retiniantur laici a fundatione Ecclesiastici, videntes prerogativas, & priuilegia sibi concessa, ob quorum consecutionem proprias diutinas consumpturas, passim, & abique virgini causa tolli, ideoque concilium d. less. 25. c. 9. de reform. dixit patronorum iuta tollere, piaque fidelium voluntates in eorum institutione violare sequuntur non est.

4. Hinc inferat non censeri derogatum huic patronatu in c. 2. de probab. in 6. neque in reg. 8. Cancell. neque in qualibet alia continente clausulam generalem, qua omnia beneficia Pontificis reseruantur; tametsi dicat ad cuiuscumque presentationem pertinere: sic Cou. alios referens. sup. Azor. 2. p. inf. mor. lib. 6. cap. 2. quæst. 2. Gonzalez ad reg. 8. cancell. gloss. 18. num. 2. Lessius lib. 2. cap. 34. dab. 9. num. 36. Valq. opuscul. de benef. c. 2. §. 1. dab. 8. num. 24. Ratio est; quia haec derogatio vptote odiola stricte interpretanda est; vt minus quam fieri possit, latet: cum ergo possit de solo patronatu Ecclesiastico intelligi, ita vt faciat hunc sensum, ad cuiuscumque sui Episcopi, sui filio inferioris; sui collegij, suis vniuersitatibus presentationem petinat beneficium; sibi referuntur conferendum; nula est causa ob quam astringatur derogationem ad laicorum patronatum extendere. Additum si patronatus sit aliecius Comitis, Marchionis, Ducis, alteriusve Principis, oportere illius fieri expressam mentionem, neque sufficere, si dicat se referuntur beneficium ad cuiuscumque presentationem pertinat etiam laici. Horum enim ius fortius est, vptote ipsi de Ecclesia benemeriti, ac proinde sub nomine illo generali laici non comprehenduntur: sic Cou. Valq. Lessius s. p. Azor. 2. 3. Quia item ratione sub nomine generali cuiuscumque Principis in hac derogatione non comprehenduntur patronatus Regis, vel Imperatoris ob eorum aetissimum dignitatem: debet enim eorum fieri specifica mentio, vt derogatum censeatur; sic expedit Azor. sup. Supradicta procedunt de patrono laico, qui bona fide patronatum possiderit, tamen vero patronus non sit, quia dum est possessione praetendandi, vere patronus est, & ius haber quicunque presentationis, fructibus enim, & commoditatibus aliena rei frumenta bona fide possesso: sic Cou. præf. quæst. c. 36. n. 6. Azor. 2. p. inf. mor. lib. 6. c. 23. q. 6. Valq. opuscul. de benef. c. 2. §. 1. dab. 11. n. 28.

5. Quod si ius patronatus laicum non sit, sed Ecclesiasticum, per generalem referentiam usurpatam derogatum censeatur. Ratio est; quia hoc ius clericis competit titulo Ecclesie; eo quod ex bonis Ecclesie beneficium est fundatum, vel ipsi à laicis concessum. Cum ergo Pontifex caput sit Ecclesie, & omnium Ecclesiasticorum superior, nullam in iuriam derogat illius praetendit, si iura illius competentia, ab ipsoque donata, vt sibi magis propria arroget, & exequatur; ac proinde per solam simplicem collationem factam à Pontifice sciente tale beneficium ad Ecclesiasticos patronos pertinere, derogatum est tali iuri: & ita tenet, si tamen relatis Couat. d. c. 36. num. 5. Gonzalez gloss. 18. num. 6. Lessius lib. 2. cap. 34. dab. 9. num. 36. Valq. opuscul. de benef. cap. 2. §. 1. dab. 8. num. 2. Azor. 2. p. inf. mor. lib. 6. cap. 23. q. 2.

6. Difficilis autem est; an si us patronatus partim laicum sit, & partim Ecclesiasticum, quodcumque mixtum vocatur, cencetur comprehendere sub referentia facta cuiuscumque patronatus? Graues doctores censem comprehendendi; eo quod dignior pars trahere ad iure minus dignum; ac proinde referentio Ecclesie patronatus, vptore dignioris, debet trahere ad Ecclesie patronatum minus dignum, & facere per ruitate concingit de arbitrio, & tradit Staphil. de litteris grat. s. i. de modo, & forma impetrandi. sed dubium est. n. 3. in parvus.

Nihilominus resenda est contraria sententia, quia sequuntur non est ob societatem clericorum laicorum suo iure priuari. Neque dignitas clericorum sufficiens est iura laici patronatus mutare, cum in presentatione clericorum, & laicus regale ius habeant. Neque

obitare ob hanc societatem laicorum gaudere priuilegio semestri in presentando, quod Ecclesiasticus concedit. Ergo etiam p[ro]lixi debet incommodum detegitionis. Non inquam debet; nam praeferendum quod non est certum, laico in tali casu esse concessum semestri; non inde inferri debet ob societatem clericis pati debere detegitionem; facilius enim ex societate priuilegia acquiruntur, quam incommoda imponuntur; qui priuilegiis acquisito, exstat laicos ad Ecclesiastis fundationem, detegatio vero priuilegiorum illos retinabit. Contenimus ergo etiam, ut ex societate cum clericis nullum ius laicorum amitteret, tametsi clericorum priuilegia illi communicarentur, & ita docent post alios antiquiores, quos tradunt Co[n]tra p[re]cepta q[ua]s[er]t. c. 36. n. 5. ver. [opp]ortunitate. Azot. 2. 1. 7. n[on] moralib[us]. c. 6. 2. 6. q. 5. Lessius d. cap. 34. dub. 9. n. 40. Vasq[uez] op[er]e de benefic. c. 2. §. 1. adu. 9. n. 2. Gonzales gloss. 18. a num. 2.

7 Verum si patronatus ex maiore parte Ecclesiasticus sit, ut
si pertinet ad decanum Ecclesie, & priorem alietius monasterij,
& ad Petrum lacuum: tunc certe Conaz. Ozar. Lellius, Gonzal.
Valq. & alijs derogati ac si solam Ecclesiasticum esset. Tum quia
vere Ecclesiasticus est: denominatio enim à maiore parte de-
sumitur. Qua ratione Batt. in l. Statu. nos. 1.4. cap. 1. ff. de col-
legiis illicitis. Fehnus. ex littera i. n. 3. de confit. dicunt vienue-
bilem scholiarum maiore parte clericorum constantem Ecclesi-
asticum esse, non lacum. Tum quia maior pars patronorum
trahit ad se minorum, ita ut conscientie illi maiore parte,
quamvis minor dissentiat, non obstat prouisioni. Ergo derogato-
rius maioris partis, absoluere censetur minoris partis iuri esse
derogatum. Neque inde fit aliqua iniuria laico patrino, cum
ipsius iuri non derogetur dicticel. sed indecet ad derogatio-
nem Ecclesiastici iuris fortioris, & poterioris, sicut non deroga-
tum iuri minoris partis patronorum, si maior pars in alium
consentit.

pus derogare.
9 Sed quid dicendum, cum beneficium litigiosum erat in curia; potestne tunc Pontifex illud prouidere cui volerit abque diminutione iuriis patronus? Affirmat Cagliostro, de iur. s. tit. vii lit. pendente, Gomezius in reg. Cas. c. d. impetrare per obitum famili. Cardinal. q. 8. n. 7. Azot. 2. p. in f. moral. lib. 6. cap. 2. 3. q. 8. Moteguer, qui beneficio vacante in curia, si litigium in tempore vacationis, non potest nec praefaciari, nec cligi, nec conferri ab iis, qui alias ius habent nominandi, eligendi, vel conferendi, ut expeditus habeat elem. 1. vi. lit. pendente. Et cap. 1. p. 2. eodem tit. in. 6. fed sedulio hoc iure nulli interrogatur patronis iniuria, ex eo quod Pontifex tale beneficium prouideat. Ergo prouideat potest abque derogatione iuriis pattonatus.

Caterum pro clariori huius questionis intellectu varios casus perdos & distinguunt Couarri, *suprad.c.36. à n.1.* Primus est, cum dao sunt prestatotai, neque viuis est institutus, & litigent super beneficium, non potest Pontifex tale beneficium prouidere; tametsi vicequaque in curia moratur. Quia nulla est vacatio beneficii, cuius nulla est iustificatio, & consequenter non est Pontificis resolutio, neque est locus *clem. 1. v. l. pendente*. sic Gloss. *ibi verbo colosso. in princ. Bonifac. n.4. q. colluctarii in cap. accedens de consci. probanda.* Secundus calus (in cuius Couarri) contingit si in curia Romana tractatur inter duos praesentatos, & institutos, & vicequaque moriatur Romæ, vel possessor beneficij Rome, & alius extra; tunc poterit Pontifex beneficium prouidere, si ad patronatum Ecclesiasticum pertinet, quia est locus *d. ita clem. ut lice pendent.*, & eius resolutio. At si beneficium sit iure patronatus laicorum, nequam potest Pontifex ab eo expellere illius derogatione prouidere; quia tunc pertinet ad patronos laicos eius praesentatio, cum absolute beneficium vacet, & lis omnino finita sit morte viuisque litigantes: probatque *text. in d. clem. 1. v. lice pendente*, in prima parte. Tertius calus specialiter controvexit est, cum lis agitur in curia Romana inter duos praesentatos a patro- nis discordibus, & alter Romæ, vel alibi moriatur, altero (superficie remanserit; an tunc Pontifex possit conferre beneficium su-

perfini col. itiganti, vel alteri tertio absole derogatione expressa
iuri patronatu: s. Quo in casu loam. And. Card. Caesar. Lam-
bertino, relati a Couat. præc. d. 3. i. 7. ver. tertio quaque-
temen dicere nequamque posse: quia ipsi exsufflant posse patro-
natos loco mortui alterum praefestare, neque impedit oblitis pen-
denciam, quoties ab eis praefestatus institutus non est; cui illa
pendentia nullum impedit nouam electionem, vel collationem nos
autem praesentationem: quia de presentatione non loquitur text.
in c. 1. § 2. ut lite pendente lib. 6. Cum autem Ponitex laicorum
patronatu non conseatetur derogare, nisi exprimit, efficitur non
posse de hoc beneficio prouidere.

Aliter *Couartii*, alios referens in supradicto casu procedit. Affirmat namque *litis pendente* nequamque posse a patrone alterum praesentari, sed omnino impediti ob his pendentiam. Nam *texti*, in c. 2. ut *litis pendente*, lib. 6. loquitur expresse non solum de electione, sed etiam de praesentatione. Ibi vel *etiam praefudenter* impeditique ne *litis pendente* *alius loco moretur*, vel ius cedentis eligatur, vel *praefudentur*, quoque *litis finita sit*. Et ratione subdit, ne *lites propagantur* cum damnis Ecclesiae. Quapropter est *patronus*, *sue laicorum*, *sue Ecclesiasticorum*, possit mortuo *praesentato* aliud *praesentare*; quia cessat *praesentatio*. At si *litis agitur* eo tempore inter *praetacionem* ab ipso, & *praesentacionem* ab aliis, non potest loco *mortui* *alium praesentare*, *sive mortuus fuerit institutus*, *sive nouus*; quia non potest *alium colligantem* *subrogare*: *efficit enim viam libitus aperire*, & *litigia in dispendum Ecclesiarum protorogare*; potest tamen *Summus Pontifex*, *etiam abique consenserunt patrioni*, *subrogare colligantem*, *vel loco defuncti licet prosequatur ab eo statu*, *in quo is remansit tempore vacacionis*. *Pontifex vero non potest*, *specie*ato iure communis**, *beneficium alteri tertio*, *vel colligantigi prouidere*, *qui prius definierat item*, *ut habeatur expresse*clementi*, ut *litis pendente**. Nam ex definitione *litis* constare debet, *cui competat beneficium*; si enim *pro defuncto fuit sententia*, *prouidendum est*, *ut omnino vacans*. Et idem est, si *decimus fuerit ad neutrum ex praesentibus petripiere*. At *si sententia pro litigante iuperficte fuit*, *ille inhibendus est*, *si institutus non fuerit*, *vel si iam fuerit institutus*, *confundandus*.

P V N C T V M . X I .

Qua ratione electione, illiusque confirmatione
beneficium acquiratur.

Hecusque diximus de præsentatione, quæ est prima modis acquirendi beneficium, subsecutum secundus, qui est cœclio, & illius confirmatio. Electio, si proprie luna, hunc est de Ecclesia patorie destituta, ut satis colligatur ex *qua propter de elect. ibi; Ecclesiis viuuntis.* Ecclesia autem vidua non est, nisi suo sposo; hoc est patorie fuit oratio. Quapropter electio ad aliquem canoniciatum, vel dignitatem alii cuius Ecclesie. Collegiat, vel Cathedratis, ciuiis communibus canonico rum, suffragatis fit, non est propriæ electio, de qua in c. *qua propter de elect.* Neque opus est formam ibi praescripsum ad vnguem ferari, nisi forte talis canonicus, vel dignitas simili sit Ecclesia Cathedralis, vel collegio pator. Verum te materia electionis prefigurata sit, testar examinare difficultates, quæ communes sunt tam electioni prælaturæ, quam cuiuslibet alterius beneficij, aliqua tamen de antiqua prælatorum electione subiiciens.

§. I.

Qui potestatem habeant eligendi.

- 1 Distinguuntur hec potestas iuxta diuersa tempora.
 - 2 Quibus canonicois in cathedralibus, & collegiatis compa-
tus eligendi.
 - 3 Debet canonicus esse presbus, & qualiter si in eodem oppri-
mis, possit suum suffragium alteri committire.
 - 4 Qualiter electores possint secum alios externos ad elegendum
admittere.
 - 5 Qui ab electione excludantur.

Si tempora antiqua sp̄cētūs, rūm clero, rūm populo
commissa fuit Episcoporum electio, ut constat ex c. com-
muni. in fine 63. dist. & tradit Petr. Greg. ad decretal. tr. edit.
cap. 5. n. 16. & aliquantum tamē differencia. Nam primis tempo-
ribus variisque regimur hæc electio, & nominatio compre-
tebat. e. Episcopos cap. lectio. 63. dist. c. factus. 1. Potest vero
tempore Stephani Papæ solum populo communicabat appro-
batio, clero vero dabatur electio, & nosse. cap. vaga. 63. dist.
Deinde haec potestis regibus, & supremis principibus concessa
fuit, ut constat ex cap. Adrian. 63. dist. At animaducentes
Ecclesiastigrauia ex hac electione, approbationeque populi, vel
principium facultatis inconveniens esse, concessam, vel
permittit populo, principibusque facultatis potestem
reducant. cap. non est permittendum 63. dist. & solum collegio

ia collegatis, & capitulo in cathedralibus hacten potestas concessa est cap. in genesi. cap. congregatio. cap. quia propter, & alii pluribus de electione. Et cap. congregatio 15. quas. 7. Non solum vero contra sex ob discordias, & continuas iteres, qua ex his actionibus Episcoporum factis a capitulo ostebantur sed has electiones rejeceant, & confit ex extranag. ad reprimendum, de proband. Et ex reg. 2. cap. 3. cancell. Quapropter iam ab Ecclesia recessit materia electionis, & restatur, alii relatis, Garcia 4. par. de beneficio. cap. 1. num. 11. Aug. Barbola 1. p. de potest. Epis. cap. iii. 1. cap. 3. num. 17. Solum in Germania concurrit antiqua electionis videtur rejiceri, & affirmat Azor. 2. p. infra. moral. lib. 3. cap. 28. quas. 3. Neque ob hanc ceterationem adempta est Regnum Galiae, Flandria, Hispania potest nominandi clementem in Episcopum. ut a pontifice initiatutum, ut late expedit Barbola *Supradicto loco* 2. positio quod capitulo in cathedralibus, & collegio in collegatis ius eligendi pratalatum competat, expicandum est quibus personis taliis collegij, & capitulo competat. Primo enim debet esse canonicos, hoc est de collegio, seu capitulo saltem quod illius pacificam possedunt, tametsi proprietatem non haberet, cap. in genesi de elect. et cum olim, de causa pess. & proprie. Alij autem beneficiarij, qui canonici non sunt, neque vocem habent in capitulo, ius eligendi non habent, seculia confucundine, seu praecriptio. Canons. de elect. Et ibi gloss. verbo confucund. cap. cum in Ecclesiis. de proband. in 6. & tradit alios referens. Azor. 2. p. infra. nov. lib. 6. cap. 1. quas. 6. August. Barbola 1. p. de potest. Epis. ii. 1. cap. 3. num. 1. & 17. Dixi. seculia confucundine, nam claram est, si confundit legitima sit praecepta posse, viritate illius clericos altarium Ecclesiarum, vel extraneos ad coeligionem admittit; quia confundendo, seu vt melius dicam praeceptio vim habens abrogandi legem, & concedendi ius altiora habentibus. Et probat text. c. cum Ecclesia, de causa pess. & pr. p. i. nisi alibi secus chineat, de consuet. speciali. & cap. cum dicit. ver. mandamus, de confucund. & tradit Azor. & tradit Trident. sess. 22. cap. 4. de reforma.

3 Secundo debet esse praefaces, nam si absens est, non potest suum suffragium ferre, cap. si quis infra. de electione. in 6. Neque item potest extrango committee reclamante capitulo, & nomine suo suffragium ferat, ut haberet, in supra. cap. si quis ius. & tradit. gloss. in cap. quia propter, de elect. verbo venire non posse. Vnde loquuntur personis de capitulo vices sua potest committere in qua commissione si plures procuratores designari, debet quemlibet in solidum designari, ne contigat eos lai vota in diuersos detegat; alias nulla erit talis designatio; illis autem in solidum designatis ille admittendus est, qui primo petet admitt. Verum si plures simul concuerint, & potest se admitt. audire, eos non expediat, quia possent vota sua dirigere in diuersos, siue res non haberet exitum, & quod ab eis hoc casu fieret non valeret: sed si admittatur dumtrax, quem capitalium, vel maior pars elegerit, vel si concordare queant, si qui primo in instrumento, vel litteris procuratoris ex parte nominatus. Porro cum unus est procurator simpliciter constitutus, si is unum fio, & a ium domini sui nomine in futurum nomindandum duxerit, nihil agit, nisi de certa signata persona sibi demissio dederit speciale mandatum. Tunc enim in illam eius, & in aliis (do nomine poterit concueri. Hac in *Supradicto loco* 2. quis iusto. Quod si in eodem opere, vel scribendo, in quo celebratur electio, praefaces sit aliquis ex electoribus, impeditus tamen ob infirmitatem, ne possit in unum cum aliis electoribus conuenire, tunc potest suffragium cum aliis electoribus tenentur ab eo petere vel si magis placuerit, potest ex electoribus unum vel plures sibi substituere: si relato Ang. verb. elect. num. 17. norauit Azor. & lib. 3. cap. 14. quas. 7. in fin.

4 Dubium tamen est, an possine electores canonici alios excusum secum ad eligendum admittere, ita ut electio cum illis facta firma sit & rata: Et quidem si in perpetuum admittantur, nulla est admittio, neque electio inde proueniens: quia neque canonici potestant eligendi perpetuam clericis communicare, quin eis beneficia quibus est annexa communiceant, sicut neque possunt religiosi vnius canobij religiosos alterius canobij admittentes ad electionem sui pratalati, ut deciditur explicit. cap. confit. 47. de elect. Quia nullus religiosus nomine proprio eligeat po eti pratalarum alterius monasterij ab eo in quo est. At uero in perpetuum, sed pro una, vel altera vice velico canonici alios clericos extraneos admittentes, placuit Abbat. in cap. cum Visionis. num. 3. de elect. Et in cap. scribendum est, ut fieri possit contentum Lamb. de ure patron. quas. 3. p. 17. a. num. 3. August. Barbola 1. p. 7. cap. 3. num. 14. ubi alios refert. Mocu-

cap. cum Visionis. cap. scriptum Verum hi text. solum probant admitti posse extraneos canonicum prosecutores, vel compromissarios, ut nomine electorum electionem celebrent, at nullum est verbum in supradictis textibus indicans posse illis protestacem eligendi nomine proprio communicari. Neque deest ratio hanc impossibiliter probans, quia iure statutum est electionem faciendam esse a capitulo, vel collegio: si autem capitulum, vel collegium alios secum admitteret electores, iura praescripta violaret. Ergo affirmandum est neque in perpetuum neque pro una vice duxat posse canonicos secum alios electores ad eligendum admettere, tametsi vocem suam illis possint communicare, vel ip illos compromittere.

5 Ab electione excluduntur impubes, hoc est qui 14. annum non compleverit, quia non censetur sufficientem iudicij discretionem habere, cap. ex eo de elect. in 6. & in Ecclesiis cathedralibus, & collegiis, qui 22. ann. non attigerit, cum hanc etatem habere necessario debeat ad factum ordinem subscipendum, qui ordo necessario requirit ad vocem habendam in capitulo, ut dictum est. Item excommunicatus maiori excommunicatione, cap. illa. de electione & luppenus ab officio, ex cap. cum dilectus. de confuetud. & interdictus facis. cap. cum inter. de electione. & irregularis, et qui de sententia excom. in 6. Aque idem est de eo qui facia fecit in loco interdicto, ex supradicto cap. us qui de sententia excommunicatus in 6. Si omnes ab electione excludantur, debent tamen esse suspenso, excommunicati, interdicti, & irregulares declarati: atque validam erit electione electio, quoque inserviet, ut latius dicimus *Tract. de excomm.* Item excluduntur a potestate eligendi, si omnes electores scierint elegiunt indignum, cap. cum in cunctis, e. Victoriae, cap. cum iniuriam de electione, Et cap. quamquam, eodem sit in 6. Dixi cum omnes eligunt indignum, nam si aliqui digni eligunt, tametsi minor pars eligendum sit, electio illorum firmata, exulta electione majoris partis. Vt pote de indigno electo, cap. quamquam, & ibi gloss. Insuper excluduntur ab electione pro tempore trium annorum, qui per absum cunctis potestatis electionem celebrantur, quod contingit cum laicis ad electionem conveccant, constar ex eti. quisquis de electione, Et ibi gloss. verbo absum. Deinde priuantur a potestate eligendi, quia inta tres mentes a iure praesciptos non elegunt, cap. qui pro defectu de electione, cap. ex eo quod. in Ecclesiis de electione, in 6. Quia omnia intelliguntur de electione pauperum Ecclesiis Cathedralis, vel collegiis, vel conuentualis, secus de electione ad alia beneficia, de quibus text. supradicti non loquuntur. Verum ex supradictis textibus non lege argumentum sumitur ad electionem aliorum beneficiorum, ut in illis id ipsum dicatur.

§. II.

Quem debeat electores eligere, & intra quod tempus.

1. *Debet dignus eligi.*
2. *Affirmant aliqui ob peccatum mortale reddi eligendum in dignum.*
3. *Distinguendum est de peccato notorio, Et occulito, Et affirmandum peccatoem notiorum esse indignum, secus occultum.*
4. *Quis confessus dignior ad beneficium.*
5. *An ex dignis debet dignior, eligi; & præmittuntur aliqua certa.*
6. *Ex ei institutionis beneficiorum negant plures esse obligationem eligendi digniorum.*
7. *Aliqui distinguunt de curatis beneficiis, Et simplicibus, Et in curatis hanc agnoscunt obligationem, secus in simplicibus.*
8. *Probabiliter est in omnibus beneficiis obligationem esse eligendi digniorum.*
9. *Fit satis argum. prima sententia.*
10. *Limitatur conclusio in patronis, laicis tam fundatioribus beneficiis, quem fundatorum successoribus.*
11. *Limitatur secundum in resignatione, & permutatione beneficiorum.*
12. *Limitatur tertio, cap. quo dignissimum eligi non possit.*
13. *Limitatur, quarto nisi Ecclesia utilius fore dignorem pretermittere, ut Ecclesia magis indigenti presiceretur.*
14. *Quid dicendum in electione prelatorum religiosorum?*
15. *Quid in electionib. ad officia secularia?*
16. *An pater, vel mater instituens minoratum teneatur digniori filio instituere.*

Certum est debere eligere dignum hoc est qui munus suum critice prestare possit: alias electio nulla erit. Quapropter nullo modo licet eligere excommunicatum ex communicatione maiori, suspensum, interdictum, aut irregularem; quia iure omnes exclusi sunt ab administratore spiritualium, & traditorum omnes.

z. Solum

2. Solum est dubium, an quis ob peccatum mortale reddatur indigenus? Non definiunt graves doctores, qui affirmant; sic Panorm. in cap. si celebrer. de cler. excommuni. missit. in 6. Epib. Innoc. Caet. 2. 2. quest. 63. a. 2. Sot. lib. 2. de iust. quæst. 6. art. 2. concl. 5. & in prime. concil. 6. Probaturque potest primo ex cap. cum in cunctis de electi. ubi eligendi ad beneficium debent habere scientiam, & morum graviatatem qui autem est in peccato mort. mortuam gravitatem caedit ergo non est dignus electione. Secundo, electus ex vi electioni s' accipit potestatem sacra ministrandi, sed qui est in peccato neque est administratore. Ergo nequit eligi. Tertio, excommunicatus etiam minori excommunicatione (ex plenum sententia) repellitur ab electione, quia durante excommunicatione sacramenta susciperi prohibetur: ut lethali peccato infectus candens probationem haberet. Ergo codem modo repellit debet ab electione.

3. Dicendum igitur est duplex esse peccatum, aliud notorium, aliud occultum. Peccatum notorium tametsi depositione dignum non sit, reddit habentem illud indignum electione, ac proinde tam eligens, quam acceptans electi. Oneum peccatum gravius. Tum quia scandalum generatur, cum videant hunc peccatorum alius iustus, & idoneus praeficer. Tum quia ratio præsumi potest a peccato recessimus, neque beneficium utiliter administratur. Secundum vero dicendum videtur de peccato occulto, qui præsumi potest ex infirmitate peccatum commissum & illius ponitentiam agitum: sic eruditus fatus defendit aequum prius, ac doctus Martin. Nau. Miss. de orat. 34. Azor. 2. p. in inst. moral. lib. 5. cap. 14. quæst. 10.

Neque contraria fundamenta vrgent. Ad primum dico sub morum graviate peccata publica, notoria, non occulte intelligenda. Ad 2. & 3. concedo existente in peccato mortali neque suscipere sacramenta: neque illa administrare posse durante tali peccato, sed nego obinde priuatum esse electione. Quia illa facta religeretur a peccato potest, & sic præsumitur surrecturus. Neque obstat excommunicatum priuatum esse electione, tametsi illa facta possit ab excommunicatione absolvi. Quia haec priuatum non tam a iure naturali, quam positivis prouenit. Tum quia illa absolutio non est in potestate excommunicati, sed in potestate absoluens. Secundus vero est de peccatis mortalibus liberatione, quæ diuina gratia auxilio in potestate ipsius peccatorum sita est, ac proinde mirum non est excommunicationem occultum priuare excommunicatum electione, non autem peccatum.

4. Difficilis grauis est, an obligari sint electores ex dignis dignioribus eligere; digniori voce, qui ad ministerium assumptionis utilior est: contingere enim potest, ut sanctior & doctor minus aptus sit ad animatum curam ob defectum prudenter, quam alius, qui non ea sanctitate, & doctrina poterit, at excellit prudenter. Ergo ex aptitudine ad finem ad quem eligiur deflumenda, præcipue est dignitas electi: sic Azor. 2. p. inst. mor. lib. 6. cap. 15. quæst. 1. in fin. Gut. can. q. lib. 2. c. 11. n. 3. Vasq. opus. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 49. Lessius lib. 1. de iust. c. 34. dub. 14. n. 6. Gut. opim. lib. 2. can. q. c. II. n. 61. & seqq.

Quia in te aliqua sunt ferè ab omnibus recepta, aliqua sub controversia. Primum certum est beneficium sue curatio, sive simplicibus ex eis in fundatione, vel institutione certo geneti personarum assignari nullæ esse obligacionem eligendi dignorum extraneum; imo nec posse eligi: quia alii extranei esti digniores, exclusi sunt Quorum exclusio, & horum assignatio utilis est Ecclesiæ regularium, ut si maiori affectu assignari Ecclesiæ deseruant huc antiquitus factum est, qui ex eadem Ecclesiæ in præsumtum assumebantur, tametsi alterius Ecclesiæ sanctiores & doctiores existent, cap. nullus cap. obitum 61. dñs. &c. Merropolitano. 63. dist. & modo de facto Pontifex ex collegio Cardinalium eligitur, tametsi extra reperirentur alii digniori, scilicet Lessius lib. 2. de iust. c. 14. dub. 13. n. 59. Valq. opus. de benef. c. 2. §. 3. dub. 4. dub. 1. n. 70. & dub. 5. num. 74. Azor. 2. p. inst. mor. lib. 6. c. 15. q. 1. & 8. Gut. pluribus relatis, can. q. lib. 2. c. 11. n. 29. Idem quod dictum est de hac electione, dicendum est cum plures vocantur sub termino aliquo signato ad competetiam, & concursum, nequecum enim electores alii aconcurrentibus beneficio conferre tametsi digniores sint, ut tradit Trident. sess. 14. c. 18. de reform. in medio, ibi, in supra. casibus non cuquam alteri, quam unius ex predictis examinatis, &c. ab examinatibus approbatis iuxta supradicti, regulare de ecclesia prouideantur.

Secondo certum est, eligentes Episcopum ad obligatos esse ex his, qui sibi potest factam competentem diligentiam offeruntur apri, aptiores eligere, quia sic cauetur in Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformat. ibi. Omnes vero, & singulos qui ad promotionem præficiendorum quoqueunque ius quacunque ratione à sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præfensi temporum ratione innouando horatur, & moneret, ut in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populatum salutem utilius posse facere, quam si bonos pastores, & ecclesiæ gubernandas idones promoueri student, eoque alienis peccatis communiques mortaliter peccare, nisi quos digniores, & ecclesiæ magis velles

ipsi iudicauerint, non quidem preci bus, aut humano aucta aut ambientum suggestionibus, sed coram exigentibus meritis præfici diligenter curauerint.

Tertio certum est, patronum Ecclesiasticum, & à fortiori Episcopum, si jus eligendi ei competit, obligatum esse in beneficis patrochialibus ex approbatis ab examinatibus dignorem eligeat. Quia sic expressè habetur in Trid. sess. 14. c. 18. de reform. ibi. Episcopus cum eligit, quem carcer magis idoneum iudicauerit. & infra: i. quem patronus Ecclesiasticus dignior inter probatos ab examinatibus indicabit, Episcopo præfereatur. & infra: Episcopo eligat dignorem.

Quarto certum est, si competitores vocentur, ut beneficium illocutum digniora conseruant, obligatos esse eligentes dignorem eligeat. Quia illi tacitus quidam contractus & naturals obligatio, quo eligentes competitibus obligantur ad hanc dignioris electionem faciendum.

5. Controversia igitur est, an ex vi institutionis beneficiorum, & specta corum natura debent sub grati obligatio dignioribus conserui; Negant plures hanc esse obligacionem. Giolli in cap. lices ergo qui præfector. 8. quæst. 1. cap. confitit verbo magis vixim de appellat. quothiam, verbo qui mandibus de iure paronat. cap. 2. de officio pauperis. & alius in lexi verbo sanctior, confessio, Perutus in dicto cap. constitutus. & illi Imola & Francus num. 4. Rochus de iure patronat, verbo honorificum. q. 1. §. ad finem, & alij. Mocellus postulat, quia beneficium instituta sunt in stipendium laboris iis qui beneficium defuerunt, nam tamen ut præmia laborantibus praeposta, ut in sequentibus dicuntur. Sed ex hac ratione non inferunt beneficia danda esse dignioribus, sed sufficere, si dignis dentur. Quod exemplo ceterorum & dispensatoris manifestari potest, cui dominus vincere mandat conductus operarios in vineam suam signacio stipendio, & in stipendum signarum non tenetem meliores querentes, sed pleris satificeret, si sufficiens conduceret; quia labor peritus adquat stipendio oblatu. Quod si dominus eius præcepit meliores conduceret, aduersus obedienciam, & fidelitatem debet tam peccaret, illos omittens; nullo tamen modo aduersus institutam communitatuum, vel distributiarum. Idem electus non tenetur beneficium ferire ea que potest diligenter, sed satisfacit si eam impendat, quam dignas praestat. Alia demandandi efflent plures beneficiari, eo quod spectat eorum dotibus remissi sunt, esferetur occasio plurius scrupulorum. Quocirca in cap. graue nimis, de præbendis, dicitur, ut præmissis indigenis idoneos assument. Idem colligunt ex cap. num. 10. n. 1. de electi. & ex Trident. sess. 7. c. 3. dist. dicit. Ex præceptorius nundem Ecclesia, vel diaconis optimus ordinatur. Qui textus, præquam quod de Episcopatus loquitur, non videtur præceptum contingeret, neque nec cap. Moses, quod solus condemnat eos, qui in electionibus Ecclesiæ sanguini potius quam mox honestati aduentur, neque curant eos in Ecclesia eingere columnas, quos plus cognoscunt Ecclesia professe, sed quos ipsi amant, vel quorum sunt obsequios deliniti. Quibus in rebis condemnat Hieronymus electores, qui humano sine potius quam Dei honore mouentur. At ex illis non videatur in præceptum eligendi dignorem. Item in cap. lices. 8. quæst. 1. inquit idem Hieronymus, qui præfector est ex omni populo qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminenter, illi eligant ad præceditorum. Que verba signant quod de facto in Ecclesia in electione ad Episcopatum, qui sub nomine facientur intelligunt, non autem impontunt præceptum præcepit enim Hieronymus, legiferant non sit. Effectus vident textus, cap. 10. de officio pauperis, & texti cap. unico, ut Ecclesiæ beneficium, sine dimic. confervant. Nam in cap. cufosis, dicitur. Ad officium cufosatis tales ordinantur, quales meliores, & sanctiores esse evidenter, ut nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia videatur, & in cap. unico ut Ecclesiæ beneficium inquit Innocent. III. condemnans electionem Archiepiscopi Mediolani, factam condamnare clericis in cancellarium. Debetque Ecclesiasticum officium, & beneficium in persona magis idonea dispensare. Sed neque hinc multum obstringunt. Nam cap. cufosis, non de rigoroso præcepto ledi consilio potest intelligi. Caput vero vicum condemnat Mediolanenses, quia inceptum ad officium elegit, cum debet in persona magis idonea beneficium dispense. Si enim electus est magis idoneus, non condemnatur Pontifex Archiepiscopus, ut satis colligatur ex illis verbis, quibus se satisfactum illi proficitur, si ipse Archiepiscopus offendit, quod prædictam cancellarium personæ idoneæ modo cuno. & tempore competent donasset. Alio autem exempla.

Scriptura adducetur ad probandum electionem

magis idoneis, ut est exemplum Sauli, Moys. &

non necessitatem, sed convenientiam indicant.

Proprietas

7 Proper hæc aliqui doctores distinctione videntur inter beneficia curata, & sine cura. Et de beneficiis curatis affirmit esse peccarum mortale eligere dignum omnis dignioris, secus in beneficiis simplicibus, sic Angel. verbo electio. num. 21 Gabr. 4. dist. 15. quæst. 7. art. 3. dub. 1. proposit. 2. Petri Nauari. lib. 2. de refut. cap. 2. num. 172. & num. 182. Ioann. Gutierrez, canon. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 12. & 28. Vega in sum. 2. par. cap. 17. cajū 1. Nicol. Garcia. de benefic. 7. par. cap. 16. num. 16. & 17. Primum patrem de beneficiis curatis probant ex loco alleg. Trident. f. 24. c. 1. de reformat. & ex aliis textibus, & rationibus pro nostra sententia adducendis, secundam patrem ibi peradvent, ne plures prælatos condement, quos communiter vident beneficia simplicia, & quicquid pinguis sibi familiari, & consanguinei conferre, cum tamen præ manus alios digniores habeant: comparatione enim horum beneficiorum omnes videntur esse æquè digni: cum omnes æquè possint officium diuinum recitare, quod est principium munus hominum beneficiorum.

8 Ceterum probabilius existimo in omnibus beneficiis obligationem eis eligendi dignorem ex iis qui eligi possunt: sic explesse D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 1. & 2. & quæst. 18. art. 3. Ang. 2. 2. quæst. 62. art. 2. ad 4. in prima conclusione. & quæst. 63. art. 2. Valen. 3. tom. disp. 5. quæst. 7. punc. 1. quæst. 2. Azorius 1. par. inf. moral. lib. 6. cap. 5. quæst. 1. 8. & cap. 21 quæst. 5. & cap. 26 quæst. 12. Couartuas reg. peccatum. 2. par. § 7. num. 5. & 9. Vazquez opuscul. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 50. Molina de Hispan primogen. lib. 2. cap. 5. a num. 50. & alii plurimi, quos rebet. Garcia 7. par. de benefic. cap. 60. num. 2. quodque pluribus Patrum sententias confirmat poterat, præcipue August. epist. 29. ad Eteronym. non procul, a fine. Leo epist. 84. art. 9. Bernard. lib. 4. de confidat. ad Eugenium & in declarat. see nos reliquimus omnia. D. Thom. 2. question. 63. art. 1. ad 1. & 2. & 3.

Karto quo mox est, quia ius canonicum non tam præcipuum in beneficiis dignorem eligit, quam huius electionis præceptum supponit. Nam in cap. unico, ut ecclesiast. benefic. sine dimitt. emper. damnat. Innocent. III. Mediolan. Episcopum, quod beneficium cancellari, consanguinei; seu familiaris doctiss. Dubius (siquit) ecclesiasticum officium, & beneficium in persona magis idonea dispensare. Supponit ergo hanc esse obligationem, & licet hic textus explicari posset de persona idonea; tamen electio forte digna non erat, clarior tamen est hoc explicatio, & texui contumio. Item Trident. f. 24. de reformat. cap. 1. inquit mortaliter peccare eos, qui diligenter non curant Ecclesie præfici, quos digniores, & ecclesia magis vellet indicaverunt. Et licet hic textus de Episcopatus loquatur, cum eadem ratio sit in omnibus beneficiis curam animatum habentibus, idem est intelligendum. Addit. cap. unico, ut ecclesiast. benefic. non de beneficio curato, sed simplici loquebatur, cum autem nullib[us] videtur hoc præceptum expressum; dicendum est per traditionem habebit ab ipsorum exordio institutionis beneficii. Credendum enim est ecclesiam instituendo beneficium simili præcepti, ut ex dignis digniores eligentur; qui id sibi erat vitulus. Negat in beneficiis simplicibus, ingenuis firmam excusationis rationem; cum negat i. non possit vitulus esse ecclesia in ea præfici sanctiores, & doctiores; nam licet minus docti, sancti, & prudentes æquè possent esse doctiores, & sanctiores officio diuino satisfacere; & at quo digniores sunt ministrati, & ecclesia maiorem decorum, & autoritatem præficiat. Vt si autem confundenti beneficia simplicia digni, cum digniores præ manus habeantur, in causa non est, quomodo negemus obligationem esse præferendi digniores. Tam quia hic vitulus ab aliis non separari debet. Tum quia excusatur plurim, grauamque doctorum opinionis eos ab hac obligatione excusantur, cuius contrarium nobis probabilius apparet.

9 Ex his sit satis argumentum prima sententia. Admitto beneficium non esse instituta in præmium beneficiorum, sed in eorum stipendum ob laborem impersum. Quia in hac institutione non clericorum, sed ecclesia vitulis fuit spectata; & inde non inferunt digniores preferendos non est, cum sic ab ecclesia fuerit statutum. Fatorum tamen omissionem dignioris non esse contra institutionem distributiuam. vel communitati ob rationem illi assignatae; quia polo quod beneficia non sunt in præmia clericorum statuta, nulla potest esse lexio iustitia ex dignioris omissione. Ad confirmationem respondeo nullum beneficium obligatum esse majori diligentia, qua potest beneficium inferire; sed satisfacie si sufficientem diligenciam præficeret; sed non inde inferatur excellentiorem ministerium non esse præficiendum; quia haec obligatio aliunde quam ex beneficio nictur, scilicet ex speciali ecclesiæ præcepto illius institutione antea, quo cauerit digniores ministros esse ecclesiæ præficiendos, quod præceptum supponitur in loco allegato Trident. & Partes, & doctores. Communitati supponitur cum ipsa institutione beneficij promulgatum esse.

10 Supradictæ conclusioni aliquas limitationes adhibent doctores. Prima, quam supra recigimus; est de patronis laicis.

qui non videntur teneri digniores eligere, sed satisfacere, si dignos eligant. Et quidem si ipsi sint beneficiorum fundatores, res est omnino certa; cum possint quemlibet modo dignos sit, designare, ut beneficio intuetur, & illius bonis fruarit, & deciditur explesse in cap. monasterium 16. quæst. 7. & ibi gloss. & communiter scribentes. Caspar Lambertini. de iure patron. lib. 1. par. quæst. 10. art. 3. num. 17. Couartuas in reg. peccatum 2. par. §. 7. n. 5. vers. quart. Domin. Soto de instit. lib. 3. quæst. 6. art. 2. col. 14. Vazquez opus. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 4. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. n. 69.

At si successores sint, communior sententia docet debere ex eligendis dignis eligere, quia præsumere debemus fundatorem voluisse, ut eius successores modum electionis ab ecclesia præscriptum seruent: sic Azorius 2. part. infit. moral. lib. 6. cap. 15. quæst. 8. & cap. 21 quæst. 5. Gutierrez canon. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 19. & 26. & seq. Couartuas, Molina, & Soto sopra. Quod efficacius procedit, cum eorum arbitrio, & iudicio electio commissa sit. Quia runc quasi index eligendorum constituit, ut secundum indicium rectum, & bene regulatum procedat; ac proinde digniores digni præficiat, ut explesse notaui Molina, dist. cap. 5. num. 70. & Vazquez dub. 4. n. 72.

Venit mihi satis probable, & sentum appare patentes fundatores beneficiorum successores obligatos non esse dignos ex eligendis eligere, sed satisfacere (ut obligatio), si digni, eligant, modo aliud explesè in foundatione cauorum non sit. Mouet; quia hi patroni in iure fundatori successunt, & ius, quod fundator habebat ipsi relinquunt. At fundator poterat dignum omnius digniorum eligere. Ergo idem facere possunt si successores patroni. Quod certum esse debet, quies fundator liberam eligendi facultatem dedit ipsi patrō. Faut huic sententiæ non leviter Trident. f. 24. cap. 18. de reformat. præcipua patronis ecclesiastices ex approbatis dignis eligere, & in patronis laici sola electione digni contentum est. Præterea vius obtinuit absque prælatorum contradictione, ut patroni laici quem idoneum iudicant, eligeant: quia prius investigauerint an essent alii digniores; immo isti se illi offerent. Quem vnum tacite videtur Trident. approbatæ, cum in illorum presentatione concordum non expostulauit, sicut expostulauit in ecclesiastico patronato. sic Lambertini. de iure patrō. lib. 2. quæst. 10. art. 3. n. 17. Petri Nauari lib. 2. de refut. cap. 2. n. 2. 50. Garcia de benefic. 7. p. cap. 16. num. 19. Bannes 2. 2. q. 63. dub. 4. concl. 3. Manuel. Kodr. 1. 1. sum. cap. 1. 106. sub num. 8. Petrus Lederman sum. p. xviii. 7. concl. 7. cap. 2. difficult. 9. Nicol. Garcia 7. p. de benef. cap. 16. num. 19. Neque aduersus hanc sententiam obstat Trident. f. 24. cap. 1. de reformat. dicens eos mortaliter peccare, qui quos digniores, & ecclesia magis vitiles præfici non curuerit. Quia loquuntur textus, non de nominatione, seu presentatione; sed de electione, ut constat ex prime. illius c. ibi in electione. Ex quibus verbis limitantur sunt subsequentes generalissima, quibus cauerunt peccare omnes, & singulos, qui ad promotionem præciendorum quocunq[ue] ius quacunq[ue] ratione à fede Apostolica habent, aut aliquo operam suam præstant, &c. in electione inquam, non in presentatione, seu nominatione. Addit. in de presentatione hoc decreverit esse intelligentem debet intelligi de iis patrōnō, qui ius præficiandi habent ex privilegio sedis Apostolicae, non ex maiorum fundatione. Illos autem patrōnōs ex privilegio credendum est obligatos esse digniores eligere. Quia præsumi debet ius præficiandi illis esse concessum, prout ecclesia vitulus est, sic Vazquez opus. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 5. cum Couartuas reg. peccatum. 2. part. 5. 7. num. 5.

11 Secundo limitant alii supradictam doctrinam, quibus liberter afflant, vt non procedat in renunciatione, seu permutatione beneficiorum, in quibus casibus renunciatis, seu permutatis non videat obligatus dignorem eligere sed sufficiere, si digno eligat. Quia ipse propriè non eligit, sed ius quod haberat in alterum cedit. Nullib[us] autem cautor in hac cessione dignis est quartendum. Non igitur renunciatis, aut permutatis hoc onus imponendum est. Addit. neminem esse obligatum sub gravi culpa loco sui dignissimum ministerium substituere, sed sufficiens satisfaci, si dignum substituas. Ergo neque ad id est obligatus per renunciationem. Præterea renunciatis digno beneficium, neque offendit Ecclesiam, cum satis idoneum ministerium illi conferat, neque dignores, cum ipsi nullum ius habent; præcipue cum tale beneficium non debeat inter communia bona computari: est cum proprium renunciatis. Ergo ex nullo capite appare obligatio quartendi digniorum: & ita tenet Azorius 2. part. infit. moral. lib. 6. cap. 1. quæst. 10. Leffelin lib. 2. cap. 34. dub. 1. 3. fine num. 61. & probabilem reputat Vazquez opus. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 7. fine num. 77. Et in causa quo renunciatis in æquè dignum, ac ipse est qui beneficium possidet tametsi alii digniores offerantur, docet Nauarr. de orat miscell. 38. num. 7. fine.

12 Tertio limitant alii, & bene, ut non procedat causa quo dignissimus eligi non possit, & eligens minus dignum culio

cuius in ligni electionem; tunc eom optimè pessum, & debo suffragum terte pro minus digno, digno tam, & sufficiente; quia Ecclesiae negotium visitare genio, prouidens ei ministerum dignum, & remouens indignum. Dignissimum autem non offendit cum meum suffragium non possit illi prouidere; sic docet Gutierrez lib. 2. canon. quæst. cap. 11. num. 60. Lefluis lib. 2. cap. 34. dub. 13. num. 60. Valquez de benef. cap. 2. §. 3. dub. 3. num. 55. & 56. Quod si omnes eligendi non sunt æquæ digni, sed vnu dignus, alius dignior, aliis dignissimus, sciamque meum suffragium non dignissimum profuturum, sed potius inde occasionaliter infinitum esse visitandum; si autem medio applicem suffragium, habiturum effectum, possum huic applicare omnis dignissimum ob rationem upradictam: quia visitare Ecclesiae negotium genio, cum dignum ministerium illi conseruo, & remoueo minus dignum, & dignissimum non offendit, cum ei non teneat applicare suffragium, nisi adhuc spes fructus. At non teneat huic mediocri suffragium, applicare, sed potius dignissimo conseruo, tamen nichil proficiat, quia ex hac applicatione Ecclesiae dampnum non facio, cum ab solito minister dignus ei proficiatur, quod vero non proficiat magis dignus mibi tribendum, non est, qui cutauit dignissimum proficeret, sed alii infinitum eligendibus: & ita docet Valquez supra.

13. Quarto limrandum est, nisi Ecclesiae virilis fote dignorum praemittetur, ut beneficio magis indigenti proficeretur; coningitur enim postea beneficium aliquod pinguis Ecclesiae Tolentana non expulsa: et specialiter scientiam, & doctrinam in beneficiario, quam tamen expulsa beneficium Tolentanum minus digne conseruo, & digniori beneficium Ecclesiae Granatensis poterit enim tunc beneficium Granatense: quia in hac ecclesiæ beneficium, non tam virilis eligendorum, quam Ecclesiae spectanda est; sic explesa Sotus lib. 3. de infit. quæst. 6. art. 2. Lefluis lib. 2. cap. 34. dub. 13. num. 59. Rebello. 1. part. lib. 2. quæst. 5. circa finem. Valquez opere de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 58. Gutierrez lib. 2. canon. quæst. cap. 1. n. 40. tametit contrarium tenet Ledesma. 2. 4. quæst. 18. articul. 2. fol. 156.

14. Sed inquires, an id dicendum est in electione praedicatorum: debeantur electores, sub gravi culpa, quos iudicant digniores preferre? Affirmat communis sententia, qui eadem videtur esse ratio, ac de beneficio curam animatum habentibus, cum ipsi religiosorum cura incumbat, & torus convenit, & religionis gubernatio. Neque leue detrimentum religioni enuet ex digniorum omissione, viaque est aperta ambitionis; & occasio ut fortè indigni praeficerentur. Debemus ergo digniores eligi: & ita docet Rebello. 1. part. de oblig. infit. lib. 4. quæst. 4. num. 11. & quæst. 5. num. 5. ver. quinto. Sotus lib. 3. quæst. 6. art. 1. Valquez opere de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 58. Gutierrez lib. 2. canon. quæst. cap. 1. n. 40. tametit contrarium tenet Ledesma. 2. 4. quæst. 18. articul. 2. fol. 156.

15. Sed quid dicendum de electionibus ad officia secularia gubernationis reipublicæ, debeantur electores digniorum elegere?

Plures negant hanc esse obligationem, sed sufficere, si idonei elegantur. Quia nullus est latum præceptum de tali electione, & non sunt obligations multiplicanda absque firmo fundamento. Neque enim hæc officia sunt bona communia; sed proprii principis, cui gubernatio reipublicæ competit; ac proinde ea ut sibi placuerit distribuere potest, modo inter infinitos idoneos distribuat. sic Caiet. in sum. verbo electione col. 4. Bartol. Fum. eodem verbo. num. 5. & pte omnibus Valquez opere de benef. cap. 2. §. 3. dub. 13. à num. 96. Quapropter plures doctores sententia hoc officia vendi à principe posse, ut relato S. Thom. Soto. & alii tradit optione Valquez supra dub. 14. Quod certe illicet, si digniori officium debetur.

Nihilominus contrarium semper confundendum est ob bonum reipublicæ, & secundum illis in locis, quibus ius commune habet rationem legis. Nam ipso videtur hoc expressæ causæ Anshem, ut indices sine quoquo suffragio eos autem collat. 2. ibi. honestiorum quorundam administracionem dirigere; & infra testimonium habens quidem quia sit optimus. Item tamen Anshem, de defensoribus ciuitatis in princ. vers. interim ibi sed in vicem uniuersi nobiliores. vbi Glossa verbo nobiliore, inquit, Nos

nobiliores esse eligendos, quam ibidem doctores sequuntur. Item lex ad subiecta Cod. de Decurionib. lib. 10. ibi; dignissimis meritis & facultatibus. Thom. Grammat. conf. 6. num. 12. leg. 1. iii. 4. lib. 2. in nota legum regni collectione; quibus omnibus idem probat Molin de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 5. num. 96. & Gutierrez lib. 2. canon. quæst. cap. 11. num. 41. Rebello. 1. part. de oblig. infit. lib. 3. quæst. 14. num. 14. Sotus 3. de infit. q. 3. an.

3. 16 Postremo dubitabimus pater, vel mater infinitorum majorum auctoritate regia, vel meliorationem faciens certa, & quinta bonorum parte iuxta leges regni tenetum dignitatem filiorum eligere. Viderit teneri; quia non est iustus, ut parens in hac dispositione affectu carnali ducatur, sed ratione proinde meritis filiorum spectatis; fauete lex feminæ. Cod. de secundis nuptiis: ubi mater lucra prioris matrimonij inter illius filios distribuens obligata est distributionem facere iuxta filiorum merita. Adde tempore veteris legis plures minorates natu, quia digniores, prælati sunt maioriibus, ut comigit in Abel, qui prælatus fuit Cain: Isaac Ismael, Jacob Iacob Ruben; Salomon Adoniz; & alii; & ita in hac infinitatione, vel melioratione præterendum esse dignissimum Palacios Rub. in repetit. c. exposit. in 3. notabil. §. 6. num. 10. seqq. de donis. inter vir. & uxoris fol. 99. Et 100. Archicloep. fol. 3. par. sum. it. 10. cap. 1. §. 2. Seguit in repetit. leg. cum exp. militia. §. 6. sed si fundum. ff. de legat. 2. num. 6. Ludovicus Gomez a cap. 2. de confit. lib. 6. num. 23. Anton Gomez 17. Taur. 12. Simane, de cathedral. infit. c. 8. num. 12. Et de primogen. Hispan. 3. c. 3.

Contrarium omnino tenendum est, nullam scilicet esse obligationem patenti instituendi majoratum, meliorandi dignorem, se polsi quem velit eligere, modo dignus sit; sic Cuarruas reg. peccatum. 2. part. §. 7. num. 7. Nota. sum. 16. num. 37. Petralia in leg. cum quidam num. 2. ff. de legat. 1. Spino fidelis testament. gloss. 18. in princ. part. 6. Ludovicus Molin de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 5. à num. 60. Ioann. Gutierrez canon. quæst. 2. cap. 11. à num. 60. Ratio est, quia ne iure naturæ, neque positivæ obligatio pater in hac dispositione melioratio eligere. Non quidem iure naturæ, cum non de bonis communibus, sed propriis, & alteri non debitis disponat. Non iure positivo: si quidem nulla leg. arctauit ad hanc electionem: immo potius leg. 18. Tauri, permittit hanc melioratio pro quolibet filio, quem potius maluerit.

Neque contrarium argumentum virget. Nam solus probat ad honestatem, & moralē obligationem pertinet, etiam meliore, non tamen probat legalem obligationem ibi inventari. Neque ex leg. feminæ, id colligitur. Nam ibi spectatur merita filiorum: quia mater non de bonis propriis, sed mariti disponit, & sub ea forma relicit, ut merita in tali dispositione attendat. Exempla illa veteris testamenti trahenda sunt in consequentiā, cum id factum fuerit ob varia significations, neque illa aliquam obligationem modo iustificandam inducent.

S. III.

An valcat electio digni, omisso digniori.

- Valida est electio, tamen si electores se adstringerent iuramentum ad eligendum dignorem.
- Exerce beneficia curata per concursum prouis.
- Quam exceptionem non admittit Garcia, sed reuelata, & fatis eius fundamentis.
- Posita appellatione si index ad quem serat iuramentum propellante, plures censent remouendum esse pronum ad ordinario à possessione.
- Probabilitas est oppositum.
- Satisfactio rationi dubitandi.
- Duo aduentanda pro superiori doctrina.
- Si index ordinarius non misit electum in possessum benevolentiam, poterit index appellationis mettere eum pro fortentiam.
- Quid si electus ab ordinario decebat, vel obtinens beneficium an esset ius appellantis? Probabilis est causa.

1. Communis est sententia hanc electionem valere, neibus via aperiatur, neve res publica Christiana perturbetur: hic alii relatis docet Couarruas reg. peccatum. 2. part. §. 7. num. 3. Gutierrez canon. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 15. Molin de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 5. num. 47. Azot. 2. part. infit. num. 6. cap. 15. quæst. 2. Gonzalez gloss. 4. num. 129. Valquez opere de benef. cap. 2. §. 3. dub. 17. fine, altemans est omnium doctorum, & probat tex. in cap. cum nobis de electione. cap. 1. cap. 2. de prob. de defecitu, de renunciac. cap. constitutis 2. de applicatione. Quod adeo verum est, ut etiam si electores se adiungentes iuramento ad dignitatem eligendum, adiuv. valentes electione digni prætermisso digniori. Quia iuramentum non immutat iuris communis disputationem, tamen illud violenter puniti existant, sic Couarruas alii relatis, supra num. 20.

Gutierrez

Gutierr. num. 15. Sed quod si ante electionem factam esset electoribus denunciatum, ut eligant dignitatem, fin minus ex tunc à tali electione appellari? Abbas in cap. constitut. de appellat. num. 6. Decisiōnum num. 5. Lambertin. de iure patr. lib. 2. part. 1. quæst. 10. art. 3. censent cassidam esse talem electionem, ut vota factam contra appellationem pendentem. Probabilis tamen est validam esse luperdictam electionem, neque infirmandam. Quia talis appellatio iniusta est. Si enim facta electione digni omisso dignore non licet à tali electione appellar, ne electiones, & prouisiones libitus inveniuntur, quomodo ante electionem factam licitum erit hanc appellacionem interponere, cum eadem inconvenientia ex ante cedentia appellatione, ac ex subsequenti infestant? Affirmandum ergo est non obstante supradicta appellatione validam & omnino sumam esse electionem digni omisso digniori, talenque appellationem, ut vota iuri contrarium, penitus repellendam. sic Gloria in c. sicut ergo, verbo qui praestantur, ante finem 8. quæst. 1. quam glossam sequitur: Imola & Philip. Francus, in c. constitut. 1. de appellationib. Contra reg. peccatum. t. p. 7. n. 3. Azor. 2. p. infra. lib. 6. c. 15. 2. Mol. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 5. n. 4. 2. Contra alios referens. lib. 2. canon. q. c. 11. n. 23. supradicta procedunt peccato iure communi.

1. Sed eti specialis difficultas in beneficiis parochialibus, quo per concilium prouidentur. Hac enim, ut constat ex Trident. sess. 24. cap. 18. de reformas, debent dignitatibus ex approbatib. ex examinatoribus conferri. Et subdit concilium. Præfationes omnes, seu institutiones præter supradictam factam subreptita esse censentur. Item exstat Bulla Pij V. super collatione parochialium, dat. 15. Kalend Aprilis anno 1566, que est in Batalio 2. inter constitutiones cuiusdam Pontificis, in qua canentes posse digniores electos à mala electione appellare, quæ appellatio est non suspendat electionis executionem, at de volunt electione superiori, qui cogitato de priori eligentis utilitarianibili iudicio, priorem electionem causat, & parochiam magis idoneo confert. Difficultas ergo est; tamen hæc constitutione, & Trident. decretu electio digni prætermis digniori irrita sit ipso iure, an solam veniat irritanda per sententiam? Affirmant plures ipsa iure irritant esse, si in præsentiudin Gonzalez in reg. 8. Cancell. gloss. 4. p. 3. 6. Spino de temporibus gloss. 4. num. 8. Azeudo conf. 9. à num. 27. indicat Rebell. 1. p. de obligat. inst. lib. 3. quæst. 4. n. 1. Et quæst. 5. num. 5. vñ quanto. Montentur quia in supradicta Trident. decretu & constitutione Pij V. statuit dignioris beneficium esse conferendum, & subdit decretum irritans, & annulans, si leuis in premis omnibus, & singulari actum, aut artereatum fuerit. Cum ergo rūm ex principiis illius decreti Concilii, & constitutionis Pontificie sit electio dignioris, si hæc non feruantur, irritum erit, & nullum quidquid actum fuerit. Et hæc sententia mihi probatur, eamque Rota comprobavit in decisionibus relatis à Farinacio in nouiss. 672. Et 674. Genuesi in præz. cap. 9. Garcia 9. p. de benef. 2. num. 23. Et 233.

3. Contraria tamen defendit Garcia ibi. à num. 23. 5. cum Vigilante de officio episc. cap. 30. §. 2. 3. n. 4. Tum quia inde sequitur collationes factas ab inferioribus Episcopo, & institutio Episcopi ex præsentatib. à patribus Ecclesiastici esse nullas, si forte non sunt electi dignitati, quod non videtur dici posse, cum sic institentes, & conferentes in cuius non sicut, ut potius non datur dignitatem electione, sed alibi commitunt, ipsoque mandat in istituta à patribus electos. Tum quia appellatione non obstante mandatur electio executioni. Ergo figura, quia si electio nulla est ipso iure, etiam non appelleante electio infirmanda esset, & digniori omisso beneficium conferendum.

4. Sed hoc non vrgent, ut recedamus à sententia Tridentino, & collatione Pontificie conformi. Fatoe enim collationes ex electis ab Episcopo, & institutiones ipsius Episcopi ex præsentatione à patribus Ecclesiastici nullas esse, si de facto Episcopos, & patribus Ecclesiastici elegerunt dignum omisso digniori. Non quippe in tali collatione, aut institutione culpam commiserunt, cum ipsi de mala electione nulla ratione constare posset, sed quia annulata electione, collatio, seu institutio cum subsequente annulatur. Mandatur tamen electio executioni appellatione non obstante; & Ecclesia deterritum patiatur ex dilatione proprii partoris. Et quia præsumendum est, rite, & legitime factam esse. Concedatur autem remedium appellationis, ut si forte minus dignus fuerit electus, repellatur, & digniori conferatur beneficium. Seclusa vero appellatione beneficium digniori non confertur quia non potest electus à possessione resiliunt; quia prius per sententiam constat digniori suffit reiectum. Quod tamen nequam potest constare, nisi ad petitionem reieciit lis moueantur. Ex his inferrur fructus beneficii non facere suos electum, sed digniori esse restitudos cum vice sit, deductis tamen stipendiis obsequio beneficij dignis.

4. Grauior tamen est difficultas, an si posita appellatione iudex ad quem fecerit sententiam in fauorem dignitatis reieci, debeat statim executioni mandari; & possessionem beneficij

Ferd. de Castro Sum. Mor. Part II.

accipere, spoliato eo qui prius fuerat missus in possessione?

Videtur affirmandum, ne deterioris conditionis sit dignior quam minus dignus. Si igitur in prima instanza ex sententia ordinarij, missus fuerit minus dignus in possessionem, non obstante appellatione dignioris, cur in secunda institutione dignus mittendus non est in possessionem, rametli minus dignus appetet? Alia non seruatur equalitas in iudicio contra text. in cap. statutum. §. insuper de refer. in 6. cap. in iudicis 11. de Reg. iur. n. 6. §. 1. Cod. de procurator. l. cum quidam Cod. de fructib. & litium expensis. Præterea quia Pius V. concedens appellationem à malo ordinari electione, solum statuit ex vi talis appellationis ordinari electionem non suspendi, neque illa pendente electum removeri. Hac autem appellatione interposita interim non impediatur, aut suspendatur, quoniam electio per ordinarium primo loco facta debita interim mandetur executioni, & prouisus ab Ecclesia causa appellationis buiusmodi pendente non amonetur. Nullo autem modo prohibet pronunciari sententia prouisus ab Ecclesia amonetur; immo tacite videatur id fieri posse, cum tunc non ex appellatione, sed ex sententia superveniente fiat, neque pendente appellatione removetur, sed cessante iam appellatione, & effectum obniente removio contingat.

5. Nihilominus tenendum est prouisum ab ordinario removendum non esse, quoque appellans obninet tres sententias conformes, aut unam, vel duas, quae transcant in rem iudicata. sic Gutierr. lib. 2. canon. quæst. cap. 11. num. 25. Garcia de benef. 9. p. cap. 2. §. 1. n. 247. Ceullos com. contra communes. p. 897. à num. 862. Gonzalez de mensib. & alternat. gloss. 6. à num. 163. vbi erudit lat. in vitam partem questionem disputat. Ratio est; quia ex constitutione Pontificia, & decreto Trident. appellatione interposita non suspendit executionem sententie ab ordinario late. At de appellatione interponenda sententia iudicis appellationis id non cauetur. Ergo talis appellatio relinquuntur sive natura: ac proinde non solum denoluit causam ad superiori, sed illius executionem suspendit. Præterea Pius V. in sua constitutione dixit pendente appellatione prouisum ab ordinario removendum non esse; ut appellatio non solum in prima instanza, sed in secunda instanta pendat, quoque appellans rem iudicatam obninet. Ergo prouisus amonetur non debet. Item ratio quæ militat in prima appellatione, ne ob illam sententia ab ordinario late suspendatur. procedit in secunda, & tercia appellatione. Ratio inquit est, ne Ecclesia abique patitur certo, & firmo exsilit, neve passim pastores mutentur. Et autem qualibet sententia, sicut & prima ordinarij, mandanda est executioni, passim rectores mutentur, ionimque lites inde nascuntur, tum in percepcione fructuum, tum in remotione vniuersi, & possessione alterius in grave Ecclesiastici præiudicium, quod Ecclesia vitare debet. Ergo primus prouisus non est amonendum, quoque appellans definitius obninet. Deinde posita electione ordinarij, & executioni mandata cessat via executiva, & succedit ordinaria. Sed causa ordinaria non est mandanda executioni, quoque definitius obninetur, vt multis probat Gonzalez supra. Ergo, Denique prouisus ab ordinario non solum pro se habet ordinarij sententiam, sed etiam illius ex cucionem, & beneficii possessionem. Non igitur ab hac possessione ob sententiam iudicis appellationis removendum est; quia pendente lice neque inveniendum est, nec possessor à possessione deturbandus.

6. Neque ratio dubitandi virget. Negamus enim deterioris conditionis esse dignitatem, quam minus dignum. Tum quia appellans non est censendus dignior ex prima sententia iudicis appellationis; potius enim defensandum est ordinatio, de quo Trid. præsumit ite esse electurum, ut pote cuius magis inter est convenientiorem ministram suis oibis designate. Tum quia electus ab ordinario habet non solum sententiam, sed illius executionem, quia necessario ester spoliandus, si secunda sententia mandanda est executioni. Quapropter est magna differentia inter primam sententiam ordinarij, & alias sententias nam prima sententia ordinarij neminem removet à possessione: ac proinde executioni mandari potest secunda sententia debet prouisum ab ordinario à possessione repellere. Non ergo est mitum, quod executioni non demandetur, sed per appellationem suspendatur. Ad confirmationem ex probatione noscitur conclusionis liquet.

7. Duo tamen aduentura sunt. Primum, raro posse appellantem obnire in sui fauorem declarationem dignitatis, siquidem non tam ex scientia, quam ex vita, & moribus, prudenter, diligenter, aliisque dotibus ad gubernandum, & ministrandum beneficium dignitas defumitur. Vnde esti rejectus scientia, morumque honestate electum præcedat; vñc tamen potest prudenter, diligenter, aptitudineque ad gubernandum. Quomodo ergo iudicium ordinarij damnandum est ut irrationabile; Difficile sane erit, ut bene aduentur Gonzalez reg. 8. cancell. gloss. 4. num. 2. & seqq. Secundo est aduentandum appellantem ab iniqua electione ordinarij, & obnirentem sententiam in curia contra possessorem beneficij, obnire simili, ut apponatur sequestrum, iuxta clm. 1. de sequestrat. poss. Et fructuum

fructuum. Quod tamen sequestrum semel positum non temeretur, tametsi potes possessor obtineat aliam sententiam in sui favorem, ut relato Puteo decis. 133 num. 1 & decis. 305 num. 1, lib. 1, tradit Gonzalez gloss. 6. num. 114. Garcia 9. p. de benefic. c. 2. n. 248. Dixi si appellans obtineat sententiam in curia: nam eis alterius sententia sequestrum non apponitur, ut bene nota u. gloss. supradict. clem. verbo promulgata.

8. Sed quid dicendum cum iudex ordinarius, à quo appellatur, non misit electum in possessionem beneficii? Credo tunc posse iudicem appellacionis cum mittere, pro quo sententiam fert, non obstante appellacionis prioris electi. Qui tunc prior electus non spoliatur possessione, & ex alia parte iudex appellacionis in causa possessionis est primus iudex. Quod à fortiori est dicendum, quores aliquis ex competitoribus ante electionem ordinarii appellat à grauamine sibi facta, v. g. quod non administratur ad examen, vel quod aduersarius admittitur, vel quod non concedatur terminus competens, & alia similia, pro quibus dari potest appellatio. cap. 1. de dilationib. cap. ex parte. el. 2. de appellacione, ob cuius appellacionem, si iudex appellacionis non solum iudicat de illo articulo, sed iudicet fata de causa principali, ut aliquando facere potest, ut tradit Couar. prael. quaf. c. 9. per totum. In tali casu à se electum mittere poterit in possessionem, sicut si ordinarii iudex esset. Quia est primus iudex, neque aliquem à possessione spoliat: sic optimo notauit Gonzalez reg. 8. cancell. gloss. 6. num. 222.

9. Insuper inquit, an si electus ab ordinario, & missus in beneficii possessionem, à qua electione reiectus appellavit, decedat, vel aliud beneficium incompatible obtinet, ex ipso extinguitur ius appellantis? Garcia 9. p. de benefic. c. 2. § 1 n. 254. negat extingui: quia esto ad examen non possit primo possessorum beneficii provocare, alii tamen viis probare poterit le digniorem esse, & iniuste fusile reiectum. Mihil tamen contrarium placet. Quia non video qua ratione pro appellante ferti possit sententia iniuste fusile praetermissum, si electus non tenetur se defendere. Adde in sententia Garcia affirmans electionem digni omisso digniori validam esse, esto veniat rescindenda, est manifestum, non posse appellantem ius appellacionis prosequi: quia appellans non potest obtinere sententiam in sui favorem, nisi simul obtinet, vt rescindatur electio prius facta electio prius facta rescindi non potest, cum potius morte electi sit extinta, & beneficium vacet. Ergo appellans non potest prosequi ius appellacionis.

§. IV.

An teneatur ad restitutionem eligens dignum omisso digniori, cum digniorem eligere teneatur;

1. *Eligens indignum ad restitutionem obligatur.*
2. *Eligens dignum omisso digniore, non est obligatus restituere Ecclesie.*
3. *Digniori esse obligationem plures negant.*
4. *Alii affirmant.*
5. *Resolutur probabilius esse, obligationem nullam esse restituendi.*
6. *Excipe beneficia, qua competitorum concursu prouidentur.*

1. *S*elector indignum eligit, omnes conuentunt obligatio- nem habere reparandi Ecclesie damna inde secuta: quia iniuriam Ecclesie iniulit, & contra obligationem debitam proprio officio processit. Quapropter solum de electione digni omisso digniori est controvenerit, an restitutio aliqua facienda sit, & cui est facienda?

2. *E*t quidem nullam esse obligationem restituendi Ecclesie mihi certum est: quia Ecclesia nulla irogatur iniuria, cum competens minister assignetur ei, cuius labor stipendio sibi dato adaequatur. Et consimiliter dominus vinearum vellet, vt in eius vineis conduceantur operari praestantes, vero praetermissi diligenteribus diligenter conduceret, quotum labor adaequatur stipendio, non esset obligatus aliquid domino restituere: quia nullum illi iniustitiam facit, cum labore offera stipendio aequali, sic in praefati, & tradit Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 15. num. 74. Molin. de Hispano primogen. lib. 2. cap. 5. num. 57. Dices. Eccl. sua episcopalis ministeria decimas concedit ea conditione vt suum officium recte exequantur, & consequenter, vt digniorem ministram elegant in concursu digni. Ergo cum dignum elegant, digniori omisso, obligationem iniustitiae ladeant ex decimali contractu ortam. Ergo teneantur reparare, quanti estimabunt defectus dignioris praetermissi: Respondeo cum Petro Nauarri lib. 2. de restit. cap. 2. num. 186. concessione decimali non imbius obligationem eligendi digniori, neque expresse, vt de se constat, neque tacit. Quia decime dantur Episcopo, vt pastores eligant non cum obligatione, & conditione eligendi digniores, sicut non dantur cum obligatione concessionandi, & gubernandi meliori modo quo possit, tametsi dentur sub obligatione concessionandi, & gubernandi, ministrandique officium plene, & sufficienter.

3. *D*igniori autem praetermissi est difficultas; an debas aliquid restituere? Quia in re est prima sententia negans: i. quam erit Adrian. in 4 v. act. de restit. cap. quia iam determinatum est. Nauarri. cap. 17. num. 71. & seqq. Sot. de iustit. lib. 4. quaf. 9. art. 3. ad 6. Courat. uita reg. pecuniarum. part. 7. num. 6. Mol. de Hispano primogen. lib. 2. cap. 5. num. 57. Gutierrez lib. 2. cap. 2. 6. quaf. Toler. lib. 5. cap. 4. vers. 4. cap. 78. Azor. 3. tom. dis. 5. quaf. 7. num. 2. Leffius lib. 2. cap. 34. dub. 5. Rebello. lib. 3. quaf. 4. & 5. & alij.

Fundamentum est, quia obligatio restitutionis nasci non potest nisi ex laetio communione, iustitia at nemo electio. nem vel praetensionem ius habet iustitia, ut beneficium sibi conferatur. Ergo digniori praetermisso nulla est obligatio restituendis. Minorem probo; quia beneficium est stipendium ministerium laborantium in vinea domini; datur enim ob officium ibi impensum. Non tamen est praetium ministri ob eorum dignitatem constitutum, neque stipendium ob laborem, quem aste acceptationem beneficij expenderet. Ergo dignioribus ministris non est beneficium specialiter debitum. Item si beneficium digniori esset beneficium specialiter debitum, item si beneficium digniori esset specialiter debitum, dignus cui est collatum, obligaretur illud dimittere. Tum ratione iniuste acceptationis. Tum ratione reacceptio, quam in digniorum transference potest. At nullus accipiens haec obligatio adstringit. Ergo neque elector illa adstringendas est. Prætexta non sunt obligations multiplicande abfuge fundamento, at nullum appetet firmum hunc obligatio. Nam esto Ecclesia electoribus præcipit digniores ministros eligere, ipsique infideles existant digniores omitendo, cum ipsis eligendis nullum speciale ius concesserit; non videtur contra iustitiam aduersus eligendos peccare, sicut non peccaret contra iustitiam economus, cui dominas vinea piperpet, ut conductet suę vineę, quos operarios dignores invenerit, tametsi infidelis, & inobedientis illi. Addet beneficium tamquam bona communia scilicet clericis debita, ob eorum dignitatem, collatio facta digno, omisso dignore, nequam sublisteret, vt pote de te aliena, & a te debita, conseqvētus nullo modo a doctoribus admittitur. Ergo dicendum est, etiamquam digniori beneficium propriè debet.

4. *S*econda sententia præcedentia contraria affirmat digniori praetermissi esse restituendam, quantum ultimum potest ius, & p[ro]p[ri]es, quam habet beneficij consequentia. Pandan. 4. dis. 15. quaf. 2. art. 2. num. 12. Carcat. 2. 3. quaf. 61. 20. 2. ad 4. in 3. dubio. Agaton. ibi. art. 2. Salon. quaf. 63. art. 4. contr. 3. concl. 4. & ibi Bannes Silvestri. verbis restitutor. 3. just. vlt. vers. 2. Ioann. Lopez in struc. conscient. 1. 2. cap. 125. & 127. Petri. Nauarri. lib. 2. de restit. cap. 2. num. 176. Man. Rodr. 1. 1. fin. cap. 108. num. 6. Bart. Med. in sum. lib. 1. cap. 14. §. 32. Pendulum. 2. p. tract. 8. cap. 4. concl. 1. Gab. Vasq. opus. de benef. cap. 5. 3. dub. 17.

R

5. *H*ac in gratia, & perdifficilius questione dicendum est probabilitus esse nullam esse obligationem restituendi dignioribus praetermissis, cum dignus eligitur ad beneficia, que abfuge p[ro]p[ri]o examine, & simulatione, & concilio competitorum postulantur. Moucor autoritate, & fundamentis primis sententiae. Nullus enim, tametsi dignissimus sit, habet ius ad beneficium sub conditione, quod conferens ei volunt[er] conferte, ergo antecedenter ad hanc voluntatem solum habet ius ex quædam decentia, & proportione in eius dignitate fundata, que potius ipsi, quam alii beneficium conferentes, operari digniores ius hoc impedit. Et si dignissimum habent, ut potius ipsi, quam alii ad laborem vocentur, non tamen ex iniusta haec operatione petre possunt: sicut in electione beneficiorum, que abfuge p[ro]p[ri]o examine, & simulatione, & competitorum concursu prouidentur, contingit. Neque elector in eligendo digno ad h[ab]et beneficia omisso dignori, committe proprie- tatum acceptio personarum, sed per quadam quali assignat. Neque peccat aduersus obligationem oram ex officio, sed solum aduersus obligationem ortam ex præcepto, & mandato Ecclesie, cui infidelis, & inobedientis est, non tamen iniustus. Et ex his soluit ratio secunda sententia.

6. *B*eneficiis autem, quæ competitorum concursu prouidentur, longe probabilius existunt, obligacionem esse restituendi digniori omisso, cum digno beneficium conferat, & obligacionem esse restituendi digno, cum dignus eligitur, sic ultra doctores secunda sententia hanc conclusionem defendunt Mol. Ioann. Gutierrez. Lessius sapientia, i. mo. Man. Rodr. & Nauarri relati pro secunda sententia; de hoc capitulo.

casu tantum videntur locuri. Et quidem si concursus fundetur in quadam editio, quo competitores vocentur sub promissione eligendi dignoem, cuidens est dignoem omisso iustitiam faciat, si dignus eligatur; quia ratione promissionis facta, sub qua se examini, & concursus subiectus, beneficium illi debetum etat, sicut debetur etiam plus offerebit, cum sub voce praeconis sic danda promittitur, ut tradit Batt. communiter recipiat, in leg. li. ita in prime, num. 4. ff. de vestigib. & publicans.

At siue doctores censem edictum; quod in concilio beneficiorum, ex cathedratur fuit, non fieri sub hac promissione eligendi dignorum; i volumen enim promittitur cuiuslibet eius iesu christi secundum: cum autem ipse fecit promissione ius iustitiae non habuerit ad beneficium, tametsi inter oppositorum dignos fuit; efficitur ex supradicta promissione ius iustitiae non obnubire; ac proinde nullam esse obligacionem restituitions, eo quod facit praemissum, sic tradit: expresse Nicol. Garcia 7-^{p.}
de benef. cap. 16. n. 57.

Ceterum hic modus decendi omnino est tricinctus, sicut illam reuertit reliqui alij doctores. Nam licet verbi claris, & expressa non promittant ei, qui repertus fuerit dignior, beneficium, promittitur tamen verbi aequivalentibus: si enim cuique promitterit ius suum ferendu[m], & sub hac promissione ad certainam prouocatur, & ex alia parte est lex, seu statuta, ut inter competitores digniori concriter, clarum est in promissione imbihi hoc statutum, sicuti imbibit promissio non conferendi beneficium alteri a competitoriis. Quare si quis efficiat iniuriam cum obligatione restituendi si electores alterum a competitoriis eligerent; si est iniuriam cum obligatione restituendi si dignum eligant, & dignoem omittant; quia agere ad virtutem est obligatio ex promissione posito ita. Adeo, in beneficio patrocinioibus, que iuxta Trident, per oppositionem, & concordum obseruent efficacius doctrina precepit, si quidem digniori omisso concedatur ius appellandi ab iniqua electione. Senit ergo Pontifex dignitorum factam esse iniuriam, quae debet ad iustitiae superiorum reparari, & ita in his beneficis consuevit Garcia. *Corpus iuris* p. 16.

Ex his fit eligentes ad præbendas collegiorum dignum, omnes competitore digniori peccare contra iustitiam cum obligatione refutandi digniori prætermisso. Tum quia sub hac promulgatione eligendi digniores fuerunt omnes ad concursum vocari, cui non subiecissentur, nisi intelligent ad sic eligendum electores obligari. Tum quia collegiorum præbendæ in falso etenim principiū eligendorum sunt intitulæ, ut illo præmio propulsio ad virtutem, & litteras incitatatur, & in his etiam confeciat Gac. sup. n. 46.

Argumenta primæ sententiaz nobis non contradictūt, solum enim probant digniori non esse debita beneficia absolutē, & ex sua institutione, non autem probant ex speciali promissione debet non posse.

§. V.

An dignus petens beneficium , cathedralm , seu
collegium , illudque acceptans in concursu dig-
nioris , peccet , obligeturque ad restitutionem ?
Et quid de impeditibus dignum , vel dignio-
rem ab illius consecutione ?

- 1 Neque peccat, neque tenetur ad restitucionem; debet tamen bona fide procedere.
 - 2 Dupliciter dignor impeditur potest, si impeditur absque villa vi, vel fronde a beneficio, quod illi proprium debitum non sit, non est peccatum.
 - 3 Si malo animo facias peccus, sed non obligaris restituere. Et sit satis quibusdam testibus.
 - 4 Si vi, vel dolo impediatis, obligaris restituere.
 - 5 Quid si impeditur dignum, ut daretur dignior?
 - 6 An tenetis beneficium regnare, si tibi dignior, omisso dignior, collatum est? Probabilis est te obligari, non esse.
 - 7 An peccas, obligarique restituere, si ob pertectionem litterarum obtinet beneficium, quod alias obtinenter, si tu non appetires? Sub distinctione repondetur.
 - 8 Quid si munieribus inflectas eligentem?
 - 9 Quid dicendum in oppositione calcedarum?

Communis sententia tenet, nec peccare, neque vilam re-
stitutionis obligationem habere, quia ipsi non competit
sua auctiorum competitorum merita perpendere, sed ex electo-
ribus examinando proponeat. Vnde si electores cum eligant
cum minus dignus sit, illis, & non electo culpa tribendum est,
et ha tradit Caiet. 2.2.9.18.5.a.3. Cou. reg. percatum 2.1.9.2.11.4.
Azer. 1.2.p. in f. m. lib. 6.c. 1.i. g. 3. & 14. Lefluis 2.1.2. de iust. c.
34. dub. 1.4.f. 7.0. Val. Q. de be. f. 6.c. 8.2. dub. 18.

Hoc communis sententia veritissima est eau quo petens, acceptansque beneficium bona fide procedat. Nam si carere cognosceret se minus dignum esse, neque diligentia exceſsum

recompensaturum (quod raro, vel nunquam contingit, cum propria merita aliqui clariora apparet) censio neque beneficium petere posse, & si obtinere obligationem habeat satisfaciendi digniori omisso, si beneficium per concordum prouisum est. Ratio est clara, quia tunc petere, quod electores praestare nullo modo licet possunt. Ergo peccat petendo. Item impedit non debitum beneficium digniori tribuat, ergo inustitia committit, ac proinde obligationem satisfaciendi contrahit: si Lefluis lib. 1. de ins. c. 12. dub. 8.m. 129. Rebell. 1. p. de obligat. insp. lib. 3. q. 6. n. 1. & seqq.

Dices, cito dignus non se poterit opponere beneficio, ve
cathedrae in concusa dignioris clare cogniti? Respondeo, ve
beneficium, vel cathedrae de facto obtineat, concedo. At ve
tuum us prosequatur, & te cognoscendum tradas, allegate que
potis facte te oppofuisse, bene poteris; in modo poteris te oppone
animo obsecendi beneficium, ve cathedram, si forte dignus
moratur, vel ab oppositione deflatur. Si alius relatis Gord. in
sum. g. 31. Rebello. De oblig. inst. i. p. lib. 3. q. 6. n. 4. Azor. in
mon. lib. 6. c. 15 q. 14. in fine 2. Ex his venit de cideanda quasio, an
si impedita dignitatem à beneficio consecutione, vi tibi vel alter
concretur peccatum, obligationemque habetas restituendis? Pro cuius
causa premitendum est duplex te posse dignitatem impo
dire, ve minoribus, suasioneque honesta, vel dolo, vi, & fraude.
Item impedit potes recta intentione, ut tua utilitas propiciata
vel malo animo, vt alieni noceas, Item impedit potes dignitatem
à beneficio debiti consecutione, vel à consecutione beneficij
quod illi indebetum est, vel solum et debitum ex quadam de
centia, & honestate.

Dicendum ergo est, si impediabs absque vi vel fraude dignorem à benifici confacione, quod illi propriè & strictè debitur non sit, nec pecas, neque obligacionem habes restituendi, qui aliorum utilitatem in editam impedit. vt tua consulas licet tibi est, si quidem nemini iniurias irregas, neq; conqueri possunt impediti quod sic impediti sint, cum p̄s beneficiis debitorum non sit, & abique via vi, & fraude ab illius consecutione conimpeditas. Ex quo fit verbis, & maneribus, foliicitudine, & diligencia te posse mouere collatorcum, vt beneficium, quod licet p̄s digno conferre, omisso digniori, de facto tibi, vel alteri amico conferas, & testamenterum infectoris, qui determinatus erat legatum dignissimo relinquens, vt relinquat tibi, vel tu confanguinoem; quia in supradictis casibus non aufers ab aliquo quod illi propriè debitorum fit sic Valquez opus de benef. c.2. §. 1. art. 19. n. 133. Vers. secundo ergo. Rebell. de obligat. iust. 1. par. lib. 3. q. 1. n. 1. Q. 2. n. 8.

3 Quod si malo animo hoc impedimentum causes, aduersus charitatem peccas, non tamen obligaris restituere tis quia obligatio restituendi non ex intentione nocendi, sed ex intentione dato nascitur. Valsq. opusc. de benefic. c.2. §.3. dub. 19. n.12 et seqq. Gur. lib. 2. can. quaq. c.1. A. n.71. Petrus Nausti. lib. 3. resili. cap. 4. n.7 Rebello. I.p. de oblig. in lib. 3. 2. l. n.5. & alij apud ipsos.

Sed aduersus hanc sententiam pugnare videtur ex i*leg.* 2. idem habeo. 2. ff. de aqua pluvia uenda: ubi habetur ut non teneri ad restituitionem, si impeditas aqueductum, qui ad vicundum per tuam possessionem deriuatur, modo ex odio, & malo animo non feceris. Ergo tacite insinuator per argumentum a contrario te teneri; si odio, & malo animo fecisti. Varias huius legi solutiones doctores excogitavint: sed haec mihi videntur aptiores. Prima. Si neges conscientiam; quia argumentum a contrario non est si m^unus in iure, precipue cum abolutio contrarium est dispositum. At in l*1. §. denuo 1. ff.* de aq*a plus. accep. da. & leg. Pro. ultus.* & leg. *de aq*a plus. accep. da. & fin. de damnatio infect.** cum abolutio dispositum ex nulam obligacionem habere, cum propriitate iure tuis, vi si effodiens pucum, venas aqua vicina inferioris praescindas. Secunda solutio est, si dicas ut non teneri conscientiam, et si malo animo facias; at in foto extorti teneri dum non probas iure propriae vane esse. Tertia est, impeditus habete aduersus te actionem, vi ab impedimento cesse, quoties absque ullo tuo commodo illam a consecutione beneficij impeditus disquic nec charitas nec iustitia legalis permitteat et in maliciose impedimento apponendo persecutare.

4 At si , dolo , & fraude dignorem a beneficij consecutione impedit. vt deur digno , obligacionem h . b . restituere digniori omisso pro quantitate spei , quam digno habebat illu- confundit . Et idem est si duo æquæ digni ad beneficium concur- rent , & tu vnum ex ilis vi , & fraude a beneficij datione impedit , tenere restituere , quam spes obtinendi beneficium estimabitur , & fortiori cum ollis vnas concurrit : sic Cou- peccatum . 1 . p . 7 & 7 n . 8 . concl . 5 . Soto lib . 4 . de iustitia . q . 6 . r . 3 . ver- asque : & secundu[m] Naauar . 17 . n . 73 . Pier . Naauar . 17 . de res- fe . 5 . n . 71 . Gutier . l . b . canon . q . c . 1 . num . 83 . Valq . opus . de fe- neci . 2 . b . 8 . 3 . sub . 10 . R . bell . de oblig . u . 1 . lib . 3 . q . 7 . 6 . Leflui lib . 2 . de usc . 1 . ad . 18 . n . 125 . & 116 . Ratio esti qui est di- gnio in concutio digni non debetur beneficium quod no- sit semper verum) neque digno in concutio equaliter dogni , a cuilibet debetur , ne per vim aut fraudem impeditur ab illius prosecutione . Quilibet enim dignus ias habet procurandis beneficium , ergo si tu eum per iniuriam a tal prosecutione impedi-

in iustitiam committit, obligatis ergo satisfacere. Et explicatur amplius. Dupliciter procurantem beneficium ab illius coniunctione impedit potest per vim, aut fraudem. Primo si ipsum, vel eius procuratorem, aut litteras, quas misit, vi vel dolo deinceps, & tunc clara est iniuritia. Secundo, si collatorum vim inferas ne beneficium conficerat, aut illi mendacium aliquod dicas, quo a voluntate conferendi beneficium diuerterit: & tunc etiam iniuritiam committit non solum aduersus collatorem, quem iniurias detines, vel dolose decipis, sed aduersus eum cui illud beneficium erat conferendum. Quia illud obtinere non potest, nisi collator velit conferre, & ex alia parte habet ius procurandi, ut collator velit. Ergo iniuriosus ille es cum hanc voluntatem per iniuriam impedit.

5. Dixi te esse obligatum satisfacere digniori in concursu digni, si per vim aut fraudem impediti, ne digniori beneficium conferetur. Verum si impediti dignum, ut datur digniori, aliqui existimant te nullam obligationem restituitionis habere. Lessius lib. 2. cap. 12. num. 12. 6. Azot. lib. 6. cap. 15. q. 16. Quia beneficium dignioribus sunt conferenda. Alij econtra affirmant; quia non debetur digne beneficium, debetur tamen ne impeditur ab illius proactione. Distinguendum tamen est inter officia, & beneficia, que necessaria dignioribus sunt conferenda, & inter ea quae libenter dignis in concursu digniorum conferri possunt. Si impeditis dignum, ut datur digniori a beneficij consecutione quod nulla ratione sit potest conficeri: nullam habes obligationem: quia ipse in concursu dignioris nullum ius habebat procurandi talis beneficium: imo inique facies si procurans, ut beneficium iuste procurare poterat dignum in concursu dignioris: qui digniori non erat necessario conferendum, credo te esse obligatus ei recompensare, quam spes obtinendi beneficii fuerit estimata: quia per iniuriam impedit, quod ipse procurat, & obtinet invenit beneficium ad quod ius habet. Quod efficacius procedit in institutione haec, legatarii, aliorumque beneficiorum, quia pro libera conferentia voluntate dari posse. sic exples Valq. p. 1. de benef. c. 3. dub. 12. n. 15. 8.

6. Petes, an si tibi digne beneficium collatum est, cum digniori ex obligatione esset conferendum, tenaris beneficium in favorem dignioris resignare? Videris teneri: quia obligatus es satisfacere digniori dandum illatum; ac hoc nulla alia via resolutio rectius potest, quam facta resignatione. Ergo illam tenoris facere. sic Rebell. 1. p. de oblig. inst. lib. 3. q. 6. n. 6. & seqq. Nihilominus credo te non esse obligatum beneficium resignare, quoniam beneficij collatio est firma, & de se perpetua. Tum quia digniori non erat certum beneficium dandum esse. Tum quia tibi non competit ministros Ecclesiæ designare. Tum quia beneficium acquisitum non videntur obligatus spoliare, quoniam lenitatem accedat, sic Lessius lib. 2. de inst. 3. 4. dub. 15. n. 7. 6. Dixi quoniam beneficij collatio est firma, ut excluderem collationem beneficii parochialis per concursum obtinendi: quam probabilius defendimus nullam esse factam digne in concursu dignioris, quia tunc tenetur digniori cedere, sicut si indigne esset beneficium collatum. Raro tamen vel nunquam presumere quis debet esse minus dignum notabiliter: nam eto dotoribus scientia, & doctrina: videat alios sibi esse praeditos: presumere tamen potest aliquam causam occultam esse, ob quam elector alius illum praetulerit, & postea hac presumptione beneficium resignare non debet: quia in causa dubio nemo tenetur se iure acquisitione spoliare: sic scire omnes doctores supra relati.

Rogabis, an censoria per iniuriam impedit a beneficij consecutione cum, cuius litteras signatas apertis, credens de beneficio vacante notitiam dare, & ratione huius notitiae præcensis collatorem, & impeditis non nisi litteras, beneficium obtineat. Et quidem si non solum apertis, sed etiam detines litteras, & ob hanc detentionem beneficium non consequitur qui litteras misit, claram est, obligacionem esse restituendam pro quantitate speci obtinendi beneficii. At si solum legitimi, & apertas iterum obsignasti, & absque vila mora tradidisti, ac si nunquam legisses, & notitia habita collatorem præsumisti, & ob hanc presumptionem impediti, ne qui misit litteras beneficium obtineat, probabiliter credo te mortaliter peccare, at ad restituitionem obligatus non es, sic Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 18. à nam. 12. 4. Et quidem te committere peccatum mortale in apertione harum litterarum sic probo, quia ea que quis sub sigillo scribit, intendit leceta haberi, neque alteri ab eo cui littera mutetur, manifestari. Ergo iniuritiam committit, si secreta violas; & cum hæc secerit violatio in græce scriptis dammum cedat, erit peccatum morale. Quod autem ad restituitionem obligatus non sis, inde probatur: quia ex apertione iniusta litterarum alius non fuit impeditus a beneficij consecutione: si quidem stare posset te apertissime & legisse litteras, & alium impeditum non esse a beneficij consecutione, si tu collatorem non præsentes, nec diligenter facies in cuius favorem. Ex præventione ergo, & diligentia facta, & non ex apertione litterarum alius impeditur. At hanc præventionem facete, & diligenter apponete non est contra iustitiam, tametsi iniuritiam fundamentum habeat. Ergo ex hoc impedimento non contrahis obligationem restituendam. Exemplo

scientia ait dæmonis acquisitus illustrati potest. Nam licet in tali acquisitione grave peccatum superstitionis intencionis, ita tamen acquisita licet ea uti potes: sic in præcenti iniuste notitiam vacantis beneficij acquiris: & at illa habita licet collatorem præueniens, alisque honestis mediis beneficij consecutionem procura.

8. Sed quid si munieribus inflectas eligentem, ut tibi digne beneficium, officium, aut cathedram concedat, omisso rege digno, aut digniori? Respondeo in beneficis, officiis & cathedralibus, quæ necessario digniori sunt conferenda per concum clatum est iuxta nostram sententiam te esse obligatum digniori omisso satisfacere. At in beneficis, officiis, & cathedralibus, quæ per concum non prouiderentur: nulla efficit resiliendi obligatio digniori omisso: quia manerat ratio non impedit vim, aut dolum, ac protinde neque insolutum tu caufer. Verum est hoc ita sit, potest esse grauissimum peccatum hoc munieribus obtinere. Nam si beneficium est Ecclesiasticum, clatum est simoniam esse, si sub aliquo pacto expellit, vel resiliens obligandi ad beneficij consecutionem haec maneret contracta, ut latius diximus dis. de simonia, neque collatio beneficij tener, secus si gratis donetur, & sic intelligantur recipi. At si officium est laicum nulla videtur esse prohibitor dandi haec munera, si gratis dentur: esto denur animo aliendis collatorem ad talis officij collationem. Verum si dentur sub obligatione, ut haec officia contractantur, distinguendum est, si dentur principi, qui ea venderi potest, licet etiam donatio: quia est virtualis officij venditio. At si dentur altieri, qui ea vendere non potest, sed necessario ea gratis prouidere debet, cetero licitum esse talen donationem, & munerum receptionem: quia pro te ad quam quis est obligatus facere, pretium te ita non potest. Hoc tamen intelligendum est, cum haec officia non sunt venditio, sed reipublica: secus si vendentis sicut & solum ex lege superioris obligatus esset ea gratis donare: quia tunc solum esset legis transgressor acceptio mopus, vel pretium, non tamen esset transgressor iustitia, ut latius dicimus, cum de empione, & venditione sermo habeatur. Interim videatur Valquez opus. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 14. 1. & 16.

9. In obtentione cathedralium aliter est: descendamus eti tu dignioris sive alii oppositoribus (quod numquam debet plaudere, etiam si plures sive tibi blandiantur) nullo modo tibi licitum est munieribus electores obligare, ino nec aliente, ut pro te suffragium ferant alii omisssi: quia post labordeum, ne electorum suffragium nullum est, tum ob ipsorum inhabitatatem, tum ob tuam: ratione enim subordinationis, & pri sedi sunt inhabilis ad suffragium ferendum, & tu incipias accipiendi cathedralum, ex omnium fere vniuersitatum constitutis, sic Rebell. 1. p. lib. 3. de oblig. inst. quest. 7. in princ. Quid si cum Basilio de Leon, lib. 6. de matr. c. 17. §. 6. in fiducia haec munera conferre ad residendum vexationem, que ubi intercedit, cum alii minus digni procurantur te cathedrali ciperat, respondeo negando te debere iudicare dignissimum quoniam arrogans, vanum, & fallax est tale iudicium. Nam eti litteris alio precessas, possum ipsi in virtute, pudentia, diligentia, & arte docendi te præcelere, quomodo ergo andes te dignissimum iudicare? Adde, nullus vir cordatus clamare potest oppositione dignum, qui electorum iudicio te submittit, & tali iudicio nixus cathedralum procurat, & forte ex quo dignus ac alii appareat. Nam esto plures, & doctiores te dignissimum iudicent, non defuit alii qui contrarium sentiant, ergo ex horum iudicio, ut potest probat illi; oppositionem prosequi quis potest. Ergo in tali protectione ut potest licita, & vniuersitatis maximè convenienti, que competitiorum multitudinem exportat, nulla esse potest, vexatio, quæ redemptori honeste. Deinde esto concederemus, ut omnino certum, & carum, te omnium oppositorum dignissimum esse, neque alios tua diligentia tua dignitatem esse recompensores (quod est indicata moraliter impossibile) adhuc non assenseremus, haec vexationem redemptore posse. Tum quia per appellacionem, aliquid vix reparari potest. Tum & præcipue, quia hic modus vexationem redimendi ab vniuersitatis constitutis prohibitus est sub pena inhabilitatis electorum, & oppositionis, ob grauissima inconvenientia, que inde sequuntur: quod manifestissimum est. Nam etiam si oppositores haec munera præbentes allegant ea dedisse ob residendum vexationem, que sibi ex plurimi sententia inferatur ex aliorum oppositorum concursu, nequaquam audirentur, neque excusatentur à secunda pena subornationis improba, & merito, quia eti exercitare electores, & viam iniustitiae aperire. Rebell. sua quest. 7. num. 3. Nullo tamen modo est audiendum Basili de Leon, cum dicit, si scholastici cathedralium electores a te pastigiles, aut incidente te pecuniam vele, posse illis concedere, tametsi oppositores non excellas; quia in hac pecunia ergo evagatio nulla est vexationis redemptio, & ex alia parte contra leges oppositionis facit, & electoribus occasionem præbes falsi iurandi, cum tempore electionis ab illis expulso labitur iuramentum, an aliquid ab oppositionibus accepterit.

DE
CAIS
PAE
T

De tempore requisito ad electionem, eiusque confirmatione.

- 1 Designatur tempus electionis eiuslibet prælatura.
- 2 Confirmatio tribuit per se ipsum in beneficio, & qualiter celebranda est.
- 3 Quid si electores non conueniant?
- 4 Confirmans ante confirmationem debet qualitatem electionis & electi nosse.
- 5 Qui habeant potestatem confirmandi.

1 Quod si de tempore, in quo celebranda est electione loquuntur, certum est ante vacationem Ecclesie fieri non posse, utque esse validam? immo necessarium est, ut prius prælatus defunctus sepeletur, & electio licita sit, tamen si fiat illo non sumpio valida erit, constat ex c. bona memoria, i. de electione, juncia gloss. Dende est certum, electionem prælatura Ecclesiæ facilius & regularius faciendam esse intra trimestre à die nonnulla habita vacationis, nisi electores iuste impediti fuerint; sive priuabuntur pro illa vice potestate eligendi habent exceptio cap. ne pro deficitu de electione. Insuperque debent electionem electo nunciare, & eius consensu petere intra Octo dies, sicut fieri possit? alia omibus beneficiis, que in ipsa Ecclesia habentur, sunt triennio suspensi, cap. cypriente, §. ceterum, de electione, in 6. In Ecclesiæ vero collegiatis, & omnibus aliis beneficiis, que prælatura non sine, semel conceditur ad eligendum, cap. de multa de probandis, cap. nulla de concessione prælaturæ. Electus vero ad prælaturam cathedralis, vel regularis Ecclesie, debet intra mensem à die quo electionis nouitiam habuit, sue electioni consenire, vel diligenter, & infra mensem post consentium tenetur Romane petere, ut se apostolico consueciu[m] confirmandum presentet. Alias cassabitur ipso iure electio, ut expresse deciditur, e. cypriente.

2 Confirmationis electionis est, que electo tribuit plenum ius in beneficio, ita ut se confirmatus si possessionem beneficii accepit, possit exercere ea omnia, que iurisdictionis sunt, e. notis & cap. transmissum de elect. et non possit exercere, que ordinem, aut consecrationem requirunt, si ordinatus, consecratus non sit. Si vero electus ante confirmationem se administracioni sive spiritualium, sive corporalium in totum vel in partem inscriperit vel per se, vel per alium, eo ipso amittit omnes ius, quod per electionem acquisierit, & merito; quia usurpari iurisdictionem, quam non habebat: habetur e. auar. de elect. in 6. In veritate confirmatione, que nulla est, & invalida, minister, eadem penas contrahit, si scienter processerit, sicut si ignoranter. Gloss. supra d. cap. Ab hac regula venit exceptione Abbas electa à maiore parte conuenient, cumus confirmationi, si duae partes non contradicant, potest interim administrare, & condemnari, §. si vero, de elect. in 6. Secundo exceptum electus ad Ecclesiæ extra Italiam, cuius electio est à Summo Pontifice confirmatione: huius enim conceditur integra administrationis Ecclesie excepta potestate alienandi, c. nihil, de electione.

loquens restringi debet per speciem, præcipue cum specialis multum favorabilis sit. Quod non solum verum habet in beneficiis vacantibus in curia, sed etiam si vacent extra curiam in mente Apolitico, aut quoconque alio modo referunt sint. Quia est eadem, imo efficacior ratio. Referatio namque ob vacationem in curia est omnium efficacior, ut pote perpetua, & in corpore iuris clausa. Si ergo in favore ecclesiastica tollitur hæc referatio. Sede Pontificia vacante, & quælibet alia referatio nulli debet. Gonzalez de mensibus, & alternat. §. 5. proœm. n. 13. Garcia de benef. p. cap. 1. num. 104. Non tamen habet locum concessio dicitur apostolica, in beneficiis doulosus. Tum quia hæc referata non sunt. Tum & præcipue quod deuelutio sit per culpas infectorum. Non igitur erat æquum, ut ad illos iterum prouisio rediret; & ita norauit Gonzalez supra num. 14. Garcia num. 105. Quattro excipiuntur à referatione dicitur cap. licet beneficiis illorum, qui originem, seu domicilium, in domum conductam ibi habent, quorum beneficia, nisi curiales, seu cortefani sint, non manent Pontifici referata. Alias, ut bene dictu' Glossa cap. præf. de præbendis. in 6. verbo moraretur, non leue præiudicium Romane curie prouenient, si omnium ibi degentium beneficia solus Papa prouidere posset, cessare enim concensus curie, sic exp̄l̄ Simoneta de referatu. q. 10. num. 3. Farinac, id decisioñ, non uissimis. dec̄s. 16. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 83. August. Barbofa 3. p. de potest. ep̄f. alleg. 57. num. 31. & haec etiam ex præf. suprad. cap. præf. ibi. Sane si quis in loco obi dignitatis, sua originis dominum habens diem claudas extreum, in ea ipsius beneficia sub prædicto non aliter includantur statu, quam si curialis effet ante. & ibidem occasione curia moraretur, & vide Glossam ibi. Quinto excipiuntur à supradicta referatione cap. licet, beneficia Vitis. Quia horum prouisio non iure referuationis, sed iure ordinatio Pontifici competit: referata namque impedit, seu priuat, ne alijs beneficium sic referuantur prouidear. Si ergo nullus alijs a Pontifice prouidere beneficia Vitis potest, quid referat? Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. a. n. 14. August. Barbofa 3. p. de potest. ep̄f. alleg. 57. n. 32.

P N N C T V M XVII.

Explicatur prima referatio contenta in prima regula Cancellariae.

- 1 Quid sonent regule Cancellariae.
- 2 Adducitur primaregula iuxta nouissimum tenorem.
- 3 Qua in hac regula referuntur, laic explicatur.

Sciendum quemlibet Pontificem initio sui Pontificatus regula Cancellariae publicari iuxta stylum suorum praedecessorum aliquid addendo, vel mutando, prout negotiorum eius usus expoſtatait. Hæc regula sunt quedam quasi generales leges de beneficiis disponentes, ad quantum valorem nulli alia solemoi publicatione indigent, quam quod sunt publicè constituta, ita ut à puncto constitutionis carum effectum habeant quoad nullitatem prouisionis in contrarium, esto non habeant effectum, quoad prænas ibidem posita. Quapropter prouisio beneficiorum in contrarium facta, esto bona fide facta fuerit, nullius erit utilitas de decreto iuratis in illis regulis contentum, & quia Pontificis disponit de re propria sibiique competenti. Sic Gonzalez de reg. men. §. 5. proœm. a. num. 53. August. Barbofa 3. p. de potest. ep̄f. alleg. 57. n. 6. 2.

2 Prima regula Cancellariae à Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. constituta renovat omnes referationes contentas in extranag. Benedicti XII. que incipit Ad regimen. de præbendis inter communies, cuius referationes temporarie erant pro vita Pontificis, ut constat ex illis verbis: donec miserationis divinae clementia nos uniuersali ecclesiæ præsidere conseruerit. At per has regulas Cancellariae continuo renovatas sunt illæ referationes perpetuae. Insuperque in supradicta prima regula additum, ut referatio procedat quoad beneficia officiialium Sedis Apolitico, esto tempore obitus officiæ esse desiderat. Et esto beneficia non fuerint tempore officii affectui, sed post diuissimum officium, & quandoconque ea affectui fuerint. Nam est quoad participationem, & numerum non representerunt officiales Pontificis, v.g. Norari, seu Protonotarii, postquam officia dimiserunt: at quoad referationem tales reputantur, ut bene comprobatur Garcia 5. p. de benef. cap. 1. a. num. 200. & seqq. Praeterea referat beneficia, que iuxta constitutionem Ioannis XXII. que incipit Exceribatur, vacant, vel vacate contingit. Ac tandem referat beneficia omnia, de quibus ordinarij, ac alijs collatoris contra Concilij Trident. decretâ dispensuerunt & disponere in futurum.

3 Pro explicatione huius regulae adiungit, referat primo omnes Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales ecclesiæ, & etiam monasteria, prioratus, dignitates, personas, & officia, nec non canoniceatus, & præbendas, ecclesiæ, ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sacerdotalia, & regularia quæcumque, & qualiacumque fuerint, etiam si, ad illa persona consecuerint, seu debuerint per electionem

seu quemvis alium modum assumi, nunc apud sedem Apostolicam quocunque modo vacancia, & in posterum vacanciam.

Sed hæc referatio eadem est cum referatione facta in cap. libet, de præbendis in 6. ac proinde explicacione non indiget, sciat neque etiam illa referatio beneficiorum, que de causaibus loquitur intra duas diætas à curia decadentibus.

Secundo referuantur beneficia vacantia, aut vacatura per depositionem, aut priuariationem, seu translacionem, aut munera conferationis iuuenitionem factas, vel factandas auctoritate Apolitico. Gonzalez gloss. 1. num. 32. Aug. Barbofa 3. p. de potest. ep̄f. alleg. 57. num. 61. Haec tamen priuata, depositio, seu fuljenio sententiam saltem declaratoriam criminis requirent, & nonnullas vacantes beneficia non censent, ita ut provideat, & munera, & b. in modi, & notulis Gonzalez, supra, n. 34.

Quarto referuantur beneficia quæcumque vacanta per obitum Sæc. Romæ Ecclesiæ Cardinalium, & officiialium sedis Apolitica, videlicet Camerarii Vicecancelariorum Notariorum, Auditorum, literarum contradictorum, & apostolicorū palati euangelici Auditorem, Correctorum. & Scriptorium literarum apostolicarum, ac Penitentiarii præfate sedis, & Abreviato- rum, neconon commenialium, & aliorum, quorumlibet Capelanorum sedis eiusdem, & etiam quæcumque Legatorum, siue Nunctorum, ac in terris Ecclesiæ Romane Rectorum, & Thesaurariorum per dictum Ioannem prædecessorem, vel nos specialiter deputatorum, seu missorum haec tenus, vel à nobis deputandorum, aut mittendorum in posterum nunc vacanta, & in antea vacanta, vbiuecum dictos Legatos, vel Nunios, seu Rectores, Theſaurarios, antequam ad Romanum cotulissent, seu venient, iebus eximi contingat ab humana. Ne non quorumlibet, pro quibuscumque negotiis ad Romanum eisdem venientium, etiam recedentium. ab eadem, si in loco à dicta equa, vltra duas diætas legales non distinibus iam faciat obierint, vel eos in antea transire contingat de hac luce. Si habetur in suprad. extrauag. ad regimen. & etiam sub nomine officiialium etiam Acolyti, & Cantores Papæ sunt comprehensi, & indicat Gonzalez, gloss. 5. numero 13. & 14. & seqq.

Quinto referat beneficia quæcumque sive regularia sive secularia cum cura, vel sine cura, quæcumque modo etiam per electionem concessa, vacanta per promotionem Pontificis ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel non anteriorum regiminas in suprad. extrauag. ad regimen. §. r. r. & tradit Gonzalez num. 35. Barbofa alleg. 57. num. 68. Garcia de beneficis. 11. p. cap. 6. numero 36. Et licet beneficia ipsa iuste non vacant, quoque episcopatus pacifice possidentur: ut referatione sunt subiecta à tempore prouisiorum Pontificis, ut renupentallatenus possint: sic ex stylo curie, secula. Fa. min. lib. 3. cap. 1. gna. quaff. 1. num. 77. Azor. 1. p. lib. 7. cap. 16. quaff. 12. Vigilio, de officio. & potest. ep̄f. cap. 1. §. 2. num. 3. Anafal, German. de iudicis Cardinal. §. si vero num. 11. Avg. Barbofa 3. p. de potest. ep̄f. alleg. 57. num. 68. Supradicta referatio intelligenda est de episcopatus viti: & secus de prouisio in episcopatum titularem, hæc enim prouisio non infer beneficiorum obrentrorum vacationem, nec referationem. Nam. supra num. 89. Anafal. German. n. 26. Barbofa n. 74. Quid si aliqui ex priuilegio sedis Apolitica concedatur retento ieiuniorum simili cum episcopatu, poterit haecmodi beneficia resignare, quia sive referatio suspenderit, & de beneficis tamen quod de propria retenetur. At si moriar. Episcopus etiam in partibus post concessum hanc retentionem. Affirmat Simona tract. de referatu benef. quaff. 27. num. 5. esse referata, & consentit Barbofa alleg. 57. num. 76. quia illa referatio videtur intelligenda de beneficis quocunque tempore vacante. Multo men probabilius est non comprehendit sub hac referatione, quia tunc illa beneficia non vacant per promotionem episcopatus, cum potius episcopatus vacet, sed vacant per obitum episcopatus. Ergo in referatione per promotionem ad episcopatum comprehendit non possunt.

Sexto referat beneficia vacancia, & vacatura per ascensionem pacificam quæcumque prioratum, dignitatum, personarum, officiorum, canoniciatum, præbendarum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica protostarum, seu prædendorum: sic in suprad. extrauag. ad regimen præp. finit. & in extrauag. ex debito. §. b. in modi, de elect. inter communies, & norauit Gonzalez gloss. 5. num. 36. & 38. Barbofa alleg. 57. num. 77. sed est notandum secundum beneficium, per quod vacat primum, debere auctoritate Apostolica prouisum esse. Nam si per ordinarium conferatur primum beneficium vacans, non manet referatum, ut bene adiungat Gonzalez supra. Soli tamen aliquibus prouisis à Sede Apolitica fiducia, ut intra duos menses post adeptam possellentem beneficij obtenti, aut si per ipsos non stent, quominus obtemperent.

tenerant prius habitum in manibus sanctissimi liberè dimitte, alioquin utrumque vacet, & dispositioni canum. Sedis Apostolica referuntur. Quia gratia facta nequit impetrari refugare, nec permotare, nec in manibus ordinarii liberè dimittere, sed necessario in manibus sanctissimi, aut notarii camere Apostolicæ, (quod idem est) debet beneficium dimittere, quin ut diximus, vacans, & Pontifici referuantur; sic Barbola alleg. 87, num. 78, Garcia, 11, p. de benef. cap. 5, à numeris 55.

Sepimo referuantur in supra dicta regula beneficia vacanta iuxta constitutionem Ioann. XLI, quæ incipit Excrebilis de præbendis. Nempe quando quis obtinet secundum beneficium incompatible cum primo, & adhuc primum beneficium retineat prætendit, tunc hoc secundum beneficium propter indebitam retentionem prioris vacet, & est Pontifici referendum. Garcia 11, p. de benef. cap. 45, à num. 5, Gonzalez gloss. 15, num. 41, & gloss. 5, num. 38, Barbola alleg. 58, num. 9. Primum beneficium iam diximus referendum esse, si secundum à Pontifice fuit obsecratum, tunc si ab ordinarii, & ita referendum est, ut iusta tempus prouisionis, & obtentionis secundi nequaquam restringatur, aut permotare possit, ut latius declaretur in sua constitutio. Paul. V. & Gtsgr. XV. prout referunt Barbola 3, p. alleg. 57, sub n. 51, Garcia 11, p. de benef. cap. 5, n. 64.

Octavo referuantur beneficia, quæ ordinarii, vel alij collatores contra formam Trident. contulerint, veluti si beneficia congerient catenibus serate requisita, iuxta decreum Trident. 11, 8, ap. 3, & eff. 22, cap. 4, & eff. 13, cap. 6, & eff. 24, cap. 8, q. 1, qm illa contulerint non habentibus qualitates, & habiliates concilio expostulatae, ut in eff. 14, cap. 10, & eff. 22, cap. 4 & eff. 28, cap. 17, & eff. 24, cap. 8, & eff. 11, & eff. 5, cap. 5, deformat, aut illa contulerint non seruata forma praetcripta a concilio, ut in eff. 7, cap. 18, & eff. 24, cap. 18, de reformis, ut illa conferunt contra dispositionem dicti concilij, eff. 25, cap. 15, de reformis. In qua reservatione duo adiungit Garcia & bene. 5, p. de benef. cap. 1, num. 120, & 210, nempe non procedere in beneficio iurius patronatus, & ab ordinario institutus, etiam fuerint contra concilium instituta. Sed in beneficiis collatis ab ordinario quia regula solum de collatione loquitur, non & in distributione, item debent ordinarii milieosse procedere in horum collatione quia in ponam delicti commissi prouantur pro illa vice conferendi.

PUNCTVM XVIII.

Explicatur referentia secunda regule
Cancellariae.

- 1 Adducitur regula.
- 2 Referuntur ecclesiae cathedrales.
- 3 Item monasteria virorum, ac mulierum ducentorum florenorum ari valorem excedentia.
- 4 Item beneficia vacanta tempore quo vacat episcopus.
- 5 Quia si beneficia essent simulanea collatione, & collatum, & capitulum, & pertinente ad tuum episcopum.
- 6 Item beneficia vacanta post renunciationem episcopatus à Pontifice admissam.
- 7 Comprehendantur item beneficia, que iure deuoluto episcopum pertinent.
- 8 An comprehendantur pertinentia ad collationem aliquius dignitatis Subdistinctione responderetur.

Seunda regula Cancellariae referunt omnes ecclesiæ, Patriarchales, Primatales, Archiepiscopales, & Episcopales; secion omnia monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum ari communem estimatione excedentia nunc quomodocunque vacantis, & in posterum vacatas, & voluit quod excessus huius modi in litteris exprimatur. Ac etiam referunt dignitatem, & beneficia omnia ad collationem, praetinentem, & quacunque a liam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archi-episcoporum, Episcoporum, Abbatum, ac afororum, & aliorum quorunque collatorum, & collaticum, locularium, & regularium quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius presentationem, vel electionem) pertinencia, quæ post illorum obitum, aut eccliarum, seu monasteriorum, vel cliarum suarum dignitatum dimissionem, seu amissionem, vel priuationem, seu translationem, vel alias quomodocunque vacauerint, vñque ad prouisionem successorum ad eadem ecclesiæ, aut monasteria, vel dignitatis apostolicas autoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem quomodocunque vacante, & vacabunt in futurum.

2 Supradicta regula referat primò ecclesiæ cathedrales, vt viraret discordias, contentiones, & lites, que ex electione canonicorum oriebantur. Et licet in extranag. ad regim. & fu. prædicta reg. 1. Cancellaria, effem huiusmodi ecclesiæ referuntur, non tamen cum hac amplitudine. Nam in prima regula solum erant referuntur, si apud sedem vacauerint. At in secunda regula referuntur sunt quomodocunque vacauerint, vt bene-

aduerterit Azor. 2, part. infit. lib. 6, cap. 30, quæf. 10, vers. sed cur. hic. Non tamen ex hac reservatione prouantur Reges, alii qui principes iure sibi concessi prætentandi, sicut ex privilegio, vel consuevit ius patronus illis competat; sed Rex præsentat, & Pontifex institutus præsentatum. Constatuimus præc. cap. 3, 6, à n. 2, & 6, Gonzalez gloss. 1, num. 49, Nicolaus Garcia 5, p. de benef. c. 1, num. 219, August. Barbola 3, p. alleg. 57, num. 85.

3 Secundo referuntur hæc regula monasteria virorum valorem ducentorum florenrum ari excedentia. Monasteria inquam monachis destituta, vel quæ solia sunt commendari; vel ut clarus dicam, quæ consistorialiter per viam cedula prouidri solet. Sic Mandol. in hac reg. 2, quæf. 3, & tradit. designatur gratis in Rub. de prouisionib. vel monasteria. Azor, 2, part. lib. 6, cap. vlt. quæf. 10 Gonzalez gloss. 1, num. 30, & 59. Item monasteria virorum non monachalium habentium iurisdictionem, esto electa, sicut Barbola alleg. 57, num. 91. Debent tamen excedere illum valorem ducentorum florenrum ari, & tales excessus in litteris exprimti, ut in dicta reg. caueatur.

4 Tertio referuntur beneficia vacanta, tempore quo vacat episcopatus, & successor de novo prouisus illius non capit possessionem. Excepte nisi talis prouisus fuerit Cardinalis, quia ratione huius supradicti dignitatis potest absque possessione capta, & interis ostensis beneficia prouidere, eo præcisè quod à Pontifice prouisus sit dignitate. Cardinalatus insignitus, ut tradit Gonzalez variis decisionibus probobans super reg. 8, Cancell. gloss. 24, à num. 6. Dixi beneficia referuntur vacanta tempore quo vacat episcopatus. Quod procedit, dummodo ad episcopum pertinet int̄ gr̄ corum electio, nominatio, seu collatio. Nam si ad ilium pertinet electio, vel nominatio, esto ad episcopum pertinet institutio, seu confirmatio, non referuntur. Cum quia prima dilatio beneficij attenditur. Tum quia solum volunt. Pontifex ius quod ordinaris competebat sibi auocare. Quapropter si kmul cum episcopo alius prouides beneficia, se iuri alterius derogatur, cellas, telefatu, & ille alius deficiente episcopo confert beneficia iure proprio, ut deciditur in cap. vñ. ne sede vacante. in 6. & ita tradunt Garcia 5, part. de benef. cap. 1, à num. 219, Augustinus Barbola 3, p. de potest. episcop. alleg. 57, num. 90. Quod si prouisus beneficiorum ex concordia diuina est inter episcopum, & capitulum per turnum, ita ut uno mense prouideat episcopus, alio capitulum.

5 Dubium est, an vacante episcopatu sit tale beneficium referatum. Et quidem si turus pertinet ad capitulum, nemini potest effi dubium cessare reservationem. At si turus ad episcopum pertinet, videtur effi beneficium referatum, quia talis prouisio ad episcopum integrè pertinebat, si viueret, & Pontifex prouisiones episcopali competentes sibi auocat. Item quia in tali reservatione nulli iuri alterius ab episcopo derogatur. Verum longè probabilis est hec beneficium referata non effi, quia deficiente episcopo succedit capitulum iure proprio beneficia confert, ut deciditur capite unico ne sede vacante. in 6. Tum quia ius conferendi beneficium ex iure communis episcopo, & capitulo confertur vñcum effi, idivisum, & foli ex concordia exercitum dividitur per turmos ob tollendas dissensiones. Ergo deficiente episcopo ius integrum in capitulo radicatur. Ergo in reservatione beneficiorum pertinentium ad prouisionem episcopi, hac comprehendendi non possunt; & ita tenet Garcia 5, p. de benef. cap. 1, à num. 235, Gonzalez de mensib. & alternatiis gloss. 4, 5, 6, 3, num. 49, August. Barbola 3, p. alleg. 57, num. 90. Ceterum si non solum exercitum conferendi, sed etiam ipsius ius effi idivisum inter episcopum, & capitulum, ut nequaquam deficiente episcopo possit capitulum beneficium prouidere, sed futuro episcopo efflent referenda, iuxta textum in cap. 2, ne sede vacante aliquid innoverit. (quod raro contingit) in tali casu referentia intraerit. Gonzalez n. 50, Garcia 5, p. 244, Barbola n. 90 fine.

6 Quarto referuntur beneficia vacanta post renunciationem episcopatus à Pontifice admissam, vel post translationem ad alium episcopatum, etiam antequam episcopus admissionis, renunciationis, vel translationis notitiam habeat. Nam esto posse episcopus episcopatum administrare, dum supradictæ admissionis vel translationis non habet notitiam; ac beneficia prouidere nequaquam potest; quia hac inter fructus episcopatus computantur, qui à die admissionis renunciationis, vel translationis episcopo debentur. Sic Garcia 5, part. de benef. cap. 1, num. 245 August. Barbola 3, p. de potest. episcop. alleg. 57, num. 92.

7 Duplex restat examinanda difficultas. Prima, an comprehendantur beneficia, quæ iure deuoluto ad episcopatum pertinentia, secunda, an comprehendantur beneficia aliqua pertinentia ad collationem alium dignitatis non referuntur Pontifici? Et primæ difficultati breviter respondeo, utius videi comprehendendi siquidem in supradicta regula referuntur beneficia ad collationem episcopi quomodolibet pertinentia. Verbum enim quomodolibet, videtur non solum comprehendere pertinencia ex iure proprio, sed etiam ex deuoluto, & tradit Garcia 5, p. de benef. c. 1, n. 155.

8 Ad secundam difficultatem dico si dignitas, ad quam pertinet beneficiorum vacantium collatio, non est reservata Pontifici, eo quod nec sit prima post Pontificalem, neque vacuit membris referatur, credo nullo modo beneficia sua proutus referata esse, quia notanda sunt illa verba regulare, *quae ad proutus etiam successorum ad easdem ecclesias, aut monasteria, vel dignitates et idem est de qualibet alio beneficio, ut bene adiutorii Garcia supra) Apostolica autoritate facienda.* Ergo proutus, quae non autoritate Apostolica, sed ordinaria facienda est, sub hac reservatione non cadit, & consequenter nec beneficia, quae de illius proutione sunt.

P V N C T V M. XIX.

Explicatnr reservatio regulare tertiae
Cancellariæ.

- 1 Adducuntur verba regula.
- 2 Qualiter intelligatur debere esse dignitates maiores in cathedralibus, & præcipue in collegiatis ut sub hac reservatione continantur.
- 3 Vnicam tantum in qualibet ecclesia reservat.
- 4 Si unica solum sit in ecclesia, illa manet reservata.
- 5 Si prima dignitas capitulo omnia sit, non reservatur, sed reservatur sequens.
- 6 Reservatur prioratus, præpositura, & alia dignitates, &c, exceptis ordinum militarium.
- 7 Referuntur per hanc regulam beneficia familiarium Pape, ac Cardinalium, & qua sunt.
- 8 An familiaris familiarium comprehendantur? Sub distinctione responderetur.
- 9 Qui sunt familiares Cardinalium ad effectum huins reservationis.
- 10 An comprehendantur vicarii, visitatores, aliqui indices à Cardinalibus designati? Sub hac ratione resolutur non comprehendendi.
- 11 Non est necesse familiarizarem durare semper, sufficit, si aliquando fuerit, cum beneficio obtineatur.
- 12 Quae beneficia sub hac regulam comprehendantur.
- 13 An ob familiaritatem impediatur optare in ecclesiis, in quibus est ius optandi? Resolutur non impediri.

1 Tertia regula reservat omnes dignitates maiores post Pontificalem in cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auti communis estimatione excedentes principales in collegiatis ecclesiis. Reservat etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorunque, sed non militarium. Item reservat quæcumque beneficia, qui sunt etiam dum Cardinalium fungentur honor existentes, ac S.R. Visitantem nunc & qui erant seu tempore Cardinalium familiares, continuo communes existentes, & in posterum obtinebunt eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quas ius competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium coram dem vestiis recesserint, declaratae dignitates, que in cathedralibus etiam metropolitanis, post Pontificalem non maiores existunt, & que ex apostolicae fidei indulgentia, vel ordinariae autoritate, aut confertudine præscripta, vel alijs quovis modo in collegiatis ecclesiis principalem præminentiam habere noscuntur sub reservatione predicta comprehendendi debere.

2 Primo in hac regula reservantur omnes dignitates maiores in cathedralibus post Pontificalem, & in collegiatis ecclesiis principales dignitates. Que autem sit dignitas maior in cathedralibus, quae præcipua in collegiatis, ex confertudine præviciarum colligendum est. In Gallia, & Hispania decanatus est maior dignitas, in alijs soleat esse Præpositatus. In collegiatis qui toti canonorum collegio præstet; ille præcipuum habet dignitatem, quicunque vocatur Abbas, & aliquando Prior: si relata glossa in exp. de liberatione officio legari. in 6, ante finem: tradit Azot. 2. p. insit, moral, lib. 6. cap. 34. quæst. 10. vers. item dignitates principales. Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 83. & 84. August. Barbola 3. p. allegat. 57. num. 9. Debet tamen dignitas cum vacat actu esse maior, ut locum habeat reservatio, neque sufficiat maiorem esse in potentia quia ea quae solum in potentia maior est, absolutè maior non est, etlo esse possit. Sic Gate. 5. part. de benef. cap. 1. a. num. 256. Gonzalez gloss. 51. n. 58. Barbola 3. p. de pof. epif. allegat. 57. num. 98. Quapropter si aliqua dignitas est etiam in primam sub conditione aliqua, quæ tempore reservationis non fuit purificata, non manet reservata, quia actu maior non est, sed cit, tametsi in creatione adiecta sit clausula, ex nunc, prout ex tunc, quia haec causa esto efficax sit ad retrorahendum effectum à die datz, hoc intelligendum est in casu, quo conditio purificata esset, securi illa perseverante: nam dom illa perseverat, omnem dispositionem luspendit purificata vero conditione, retrorahitur eius efficacia ad diem datz, quod effectus iuri alterius qualiter non pre-

iudicantes, quales sunt antiquitatis, erectionis, & aliarum prærogativarum non autem quoad collationem medio tempore factam invalidandam, cum legitimè facta sit vt pote de beneficio non refutatur, scilicet alius relatis Barbola n. 29. & expressè contingit in decanatu ecclesie Vallisoletana, nunc cathedralis, antea collegiata, qui in primam dignitatem fuit erectus post cœlum, vel descendit, aut aliam quamlibet amissione, vel dimissione prius, vel illius coadiutoris, cum clausula ex nunc, prout ex tunc, quæ conditio purificata fuit tempore quo vacavit decanus, eaque de causa non fuit reservatus, & cum mense ordinarij vacuerit, ab alio fuit prouisus, ut latius referunt Garcia, Gonzalez, & Barbola supra à Rota decisum fuisse 11. Decemb. anno 1600.

Præterea contingit potest aliquam dignitatem ecclesie cathedralis non esse maiorem, habere tamen præminentiam in collegiata, & ratione huius præminentia sub hac reservatione comprehendendi, quia absolute illa dignitas est prima in collegia, esto in cathedrali non sit maior, & constat ex fine supradicta regula, & notauit Garcia 5. p. de benef. c. 1. num. 260. Barbola n. 98.

3 Rursus cum regula reservat omnes dignitates minores in cathedralibus, & præcipuas in collegiatis, vnicam tamen in qualibet ecclesia reservat, esto in ea plures sint, quia illa terminus vniuersalis omnis, appositus est, ut dignitas omnes omnium Ecclesiastium comprehendenderet, non ut comprehendere cuiuslibet singulare ecclesia omnes illius dignitatis, sic Mando. reg. 3. Canell. quæst. 3. per totam Gonz. gloss. 21. n. 7. Garc. 5. p. de benef. cap. 2. num. 262. August. Barbola 3. p. 4. p. test. epif. alleg. 57. num. 100. Verum si in via ecclesiæ doceat, plures sint aquæ præcipue, affitandum est omnes resumpta esse. Nam cum reservatio supradicta effectum habere debet, & nulla appetat speciali ratio, ut ob potius rursum dignitatem, quam aliam afficiat; omnes comprehendere debet; præcipue cum verba legis omnibus apertis possit, & haene, & decisionibus Rotæ comprobatur Garcia dicta 5. p. de benef. cap. 1. num. 265. Mandofus in hac reg. quæst. 4. Barbola n. 101. Azot. p. lib. 6. c. 34. q. 10. vers. quæst. deinde. Aloysius Riccius collect. 1670. ampli. 1.

4 Sed quid si in ecclesia solum adsit vnicam dignitatem, mandat haec reservari? Videtur manere non posse quia illa non refutatur, quod sit maior, nec principalis, cum non sit alia, quæ comparatione majoritatem habere possit: & ita tener Gome. & expectatius. num. 4. 6. Zerola 1. p. verbo dignitas. 4. Cardinalis. 30. quod in hoc dubio, sub num. 7. vers. id. alibi p. 7. p. 7. dicendum. & n. 8. Annæas de Falconibus in tract. de reserv. q. 3. p. capi. 1. n. 32. ad finem.

At contrarium tenendum est cum Gate. supra. num. 157. Barbola num. 102. Gonzalez gloss. 9. §. 4. a. num. 18. Simonei tract. de reservat. q. 8. 5. num. 4. & decimum fuisse à Rota in via Turturiana Archiprebyteratus 7. Maij 1574. coram Monachorum. reservat Aloysius Riccius collect. 1670. ampli. 2. Garcia num. 168. Mator, quia esto verbum *maiores*, quod comparatum est ad *scilicet* sapere supponat; at sapere pro polito tantum accipitur, ut contingit in his terminis, optimus maximus, supremus proximus, qui licet superlativi sint, & possunt supponant ex natura suæ sapere tamen pro positione tantum accipiuntur, iuxta leg. illa verba. Et leg. proximus, de servitor. sign. & tradit Alciat. ibi. & pluribus exortor Pallador. ibi. n. rum quosid. cap. 7. per totum; sicut contingit in hoc verbo præmogenitus, quod licet comparatione aliorum, qui poti nascitur dicatur: sapere tamen de filio unico dicitur. Et ratio omnium est: quia omnia haec verba non tam posse, quam negatiuè sumuntur, & præstant hunc sensum: ille est optimus, maximus, supremus, quo nullus alius superior est; in p. senti illa dignitas dicitur maior post Pontificalem, quia una maior est. Et his sensus colligitur ex verbis finalibus supradicta regula: ibi reservatur illa dignitas, quæ præminentiam habet in collegiatis, esto in ecclesia cathedrali maior non sit. Ergo ad reservationem dignitatis in collegiatis ecclesiis non sit opus esse plures dignitates principales: nam si solum illa dignitas adesse adest, illa sola reservatur. Ergo similiter ad reservationem dignitarum ecclesiæ cathedralis non sit opus plures dignitates, sufficit si adiutiva, qua nulla maior sit, illa enim erit reservata.

5 Quod si prius dignitas post Pontificalem capitulo vnde sit, respectu illius non intrat reservatio. Quia ratione vniuersali quasi extinguitur, & consupitur, & reputandæ est, ac si non esset; ac proinde illa dignitas quæ in ordine succedit, non nuncupanda est, & huic reservatione subiecta. Sic Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 269. Barbola alleg. 57. n. 201. Aloysius Riccius collect. 1670. ampli. 3. & à Rota in causa Viridunum. decapatus 9. Marci 1580. testatur Riccius, & Garcia fuisse dicendum.

6 Secundo reservat supradicta regula Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales quorunque ordinum, sed non militarium. Reservat inquam Prioratus, Præposituras, &c, non rotæ, sed conuentuales perpetuas, quæ dati solent in commendam.

mendam, & quarens electio non sit à religiosis simul congregata. Azor. i. insit. moral. lib. 6. cap. 9. 10. ver. quarens tercio. Aug. Barbola 3. p. de potest. episc. alleg. 57. num. 103. Gonzalez glos. s. i. num. 59. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 27. Duxi tenuati conuentuales perpetuas, nam temporales ordinum mendiciorum nequam sub reservationem cadunt, & non tantum Mandos. de resignat. q. 10. & Gate. num. 272. Gonzalez n. 60. Barbola num. 104. Cum autem reservatione excipit prioratus ordinum militarium, Iciendum est cum Glossa verbo militari, quales sunt Ordo S. Ioannis Hierosolymitanus, sancte Marie Teutonicorum sancti Iacobi, Calatravae, Alcantarae in Hispania, Christi Domini in Lusitania, sancti Stephani in ducatu Florentia. Horum enim prioratus, & commendae à reservatione excluduntur, eo quod milites horum ordinum sunt maxime de ecclesia benemerciis.

7 Tertio referua supradicta regula beneficia familiarium Papæ, ac Cardinalium communiorum commensalium. Quæ reservatione declaratur sufficienter, si declareremus, qui sint familiares Papæ, & Cardinalium continuo commensales, quæque beneficia illorum reseruerunt per hanc regulam. Familiares iugis Papæ, illiusque continuo commensales ad effectum reservationis dicuntur officiales, seu scriptores Archivi Romanae curie, iuxta constitutionem Iulii II. editam 7. Kalend. Decemb. anno 1550. quæque confirmata, & declarata fuit constitutione Leonis X. quæ incipit, Lex ministerij papalis, & est in bullario 6. eiusdem Pontificis, & constit. 18. Pauli II. incipiente, Romanorum Pontificis, & constit. 89. Pij V. incipiente, Prudentia. Item sunt familiares cubiculari, & scutarii ex constitut. 14. Leonis X. incipiente, Romanus, & ex constitut. 3. Pauli III. incipiente, Prudentia. Item Milites S. Petri, ex constitut. Leonis X. incipiente, Sicut prudens, & constitut. 3. Pauli III. ac constitut. 46. Pij IV. Milites S. Pauli, ex constitut. 23. Pauli I II. incipiente, Romanus Pontifex, & ex constitut. 4. Iulii III. Milites Pij, ex constitut. 1. & 16. Pij IV. Milites Lauretani, ex constitut. 16. Sixti V. incipiente, Postquam commissarius camera, ex constitut. 44. Sixti, incipiente, Ad excelsum. Thelaurarius datarii, ex constitut. 45. Sixti V. incipiente. Ut ingens. Auditor camere confidantia ex constitut. Sixti V. incipiente, Divinae Dei prouidentiae. Conclauit, ex constitut. 31. Sixti V. Deinde Paulus III. in sua constitut. 78. & 79. & Iulius III. constitut. 44. declararunt vetos familiares, & continuos commensales repudiando ad effectum reservationis; Recitandari, & alios officiales ex palatio apostolico panem habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores Roræ, Acolytos, scutarii, secretarii, literarum apostolicarum scriptores, cubiculari, reliquoque officiales Romano Pontifici pro tempore existenti in palatio deservientes, aut custodiens facientes, licet ibi non habitare, nec in cinctu commederint, aut panem receperint. Nam est, iij non sine realiter commensales, tamen co ipso, quo Pontifex vult, ut tales vere, & proprie repetur, & non per fictionem, omnia privilegia veris, & ea, ibus commensalibus competit, illis competit: & notauit Gonzalez glos. s. i. num. 16. August. Barbola de potest. episc. alleg. 57. num. 106. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. a num. 273. Similiter de reservat. quæst. 35. Farinac. decisi. 691. num. 3. in nouo.

8 Dubium tamen est, an familiares familiarium Pontificis sub hanc cadant reservationem? Videatur non cadere; quia reservatio est stricti iuris, cap. presenti, verbo finitur, de officio legato c. Casador. decisi. 4. num. 6. de reservat. ac proinde quo ad facti possit limitanda est. Ergo familiares familiarium comprehendere non potest. Pro contra parte stat communis sententia hos familiares familiarium comprehendendi, quia seruendo familiaribus Papæ, Papa videntur seruire. Et saepe lex quæstum, sed an insufficiat. ff. de fundo instruct. & tradit. alios referens Menoch. de arbitr. casu 201. numer. 120. Mandos. super reg. 3. Cancellar. quæst. 17. Gag. de benef. 5. p. cap. 1. num. 326.

9 Hoc dubio distinguendum censeo, si subfamiliares desigant fini à Pontifice, vt eius expensis aliantur, credo sub reservatione comprehendendi, quia vere, & propriè Pontifici inferuantur, & illius sunt commensales. Barbola 3. p. alleg. 57. num. 106. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. a num. 273. At si absque via assignatione Pontificis expensis familiares aliantur, sub reservatione non comprehenduntur; quia vere, & propriè Pontifici non inferuantur, sed eius familiari. Vnum tamen ceterum esse certum, si Pontifex suo familiari delegaret alimenta pro se, & duobus subfamiliares ab sollempni sumptu absque expressa florum nominatione, ipseque familiari plures quam duos subfamiliares haberet, nullius horum subfamiliarum beneficia manebunt reservata, ob incertitudinem delegationis, & tradit. Garcia de benef. 5. p. cap. 1. Verd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

n. 330. & colligitur ex leg. suo sunt Titij ff. de testamentaria testela. & leg. si fuerit. ff. de rebus dubiis. Ex quo non leue argumentum sumitur ad probandum nullam esse reservationem quando non adeat designatione Pontificia.

9 Familiares Cardinalium, illorumque commensales ad effectum reservationis sunt, qui Cardinalibus tanquam famuli deferunt, & ob causam cauam eorum expensis aliantur; colligitur ex cap. fin. de verbis significatis in 6. & tradit Simoneta de reservat. quæst. 3. num. 2. Flamin. de resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 196. Azor. ab. 5. cap. 23. quæst. 8. August. Barbola 2. pars. de potest. episc. alleg. 57. num. 108. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 315.

Notanter dixi, qui tanquam famuli deferuntur, ut excluderem ab haec familiaritate, & consequenter à reservatione fratres, & nepotes Cardinalium in eorum dominibus commorantes, eorumque expensis alios; quia non ibi assidunt, ut famuli, & servatores, ut variis decisionibus Rota comprobat Garc. 5. de benef. cap. 1. n. 317. Et idem est de omnibus illis, qui non ut familiares, & servatores, sed ut amici, & consanguinei ex eleemosyna, aliam cauam in dominibus Cattinalium aliantur. Garcia supra. Barbola 3. p. de potest. episc. alleg. 57. n. 111. Maillard, de probationib. concl. 75. n. 3.

10 Solum de vicariis, visitatoribus, aliisque iudicibus à Cardinali designatis, est dubium; an sub familiaribus comprehendantur? Et comprehendendi affirmat Sarmiento selecti. lib. 7. cap. vi. Segura de Auolos. In direct. indicum ecclesiast. i. p. cap. 14. n. 38. quem sequitur Sbroz de vicario episcopi in additionib. ad quæst. 147. lib. 1. Mouentur; quia si vere Cardinali deseruntur, & in communi modo loquendi servatores (vulgo criados) nunquampanunt. Nihilominus probabilius est, hos sub titulo familiarium non comprehendendi. Tam quia hi non tam proxime, quam dignitatem deseruntur. Tum quia non famuli, sed officiales, & iudices appellantur, & ritulo officij falarium accipiunt. Quod à fortiori verum habet, si absque falario, aut expensis essent vicarii, aut officiales constituti. Garcia dicit cap. 1. sub num. 318. Barbola alleg. 57. num. 111. At si tempore quo iij sunt vicarii constituti erant ex continua commensalibus Cardinalium, ob vicariatum non videant familiaritatem amittere, sed potius illam continuare, cum eius expensis vivant, & Cardinalibus in nobilitati munere inseruantur. Gonzalez glos. s. i. num. 66. Quintil. Mandos. reg. 3. Cancell. q. 19. Garcia n. 322. Barbola num. 312.

11 Ut autem haec reservatio ob familiaritatem Pontificis vel Cardinalis locum habeat, non est necesse familiaritatem durare aliquo determinatum tempore. Quocunque enim tempore etiam breui datur, si eo durante receperunt, vel habuit si beneficium suffici, ut reservatum maneat. Sic Garcia d. 5. p. 4. 1. n. 366. Barbola alleg. 57. n. 13. Debet tamen probari qualitas familiaritatis, ut dicta reservatio locum habeat. Alias ordinarii prouidebit, ut pote qui habet intentionem fundatam, Flamin. lib. 10. de resignat. q. 3. n. 21. Barbola n. 110. vbi bene adiutus hanc familiaritatem ad effectum reservationis non probari, ex eo quod probetur sede vacante in familiari Cardinalis fuisse receptum, quia toto illo tempore nulla est regularem Cancelleriam reservatio, cum morte Pontificis extinguitur: prob. ti enim debet durasse familiaritatem tempore quo regulæ Cancelleriarum locum habent.

12 Restat, ut de beneficiis comprehensis sub hac regula dicamus. Et breuiter respondeo comprehendendi omnia beneficia, quæ durante familiaritate habuisti, tamen si illa ius solum ad te habuisses, si quidem in supradicta regula dicitur, In quibus (id est beneficiis) seu ad que ius eis competit, seu compierit, & notauit Garcia 5. p. de benef. c. 1. n. 278. Neque ab hac reservatione liberantur beneficia esto per obitum Cardinals, vel Pontificis, aut alia via ab eorum familiaritate discesseris; quia ita cauetur in supradicta reg. ibi, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alias recesserint, ut bene Menoch. de arbitr. casu 201. n. 113. cum seqq. Barbola 3. p. alleg. 57. n. 113. beneficium enim semel reservatum, semper reservatum manet. Dixi, te debere durante familiaritate ius fatem ad beneficium habere, quod de iure proprio intelligitur, iuxta dicta in pinc. huius disput. Hoc tamen eius subsequi debet ius in beneficium: alias si nunquam in beneficium ius habuisti non ratione tui, led alterius vacabit. Ut igitur reservatio intrerat ratione tui, vacate beneficium debet.

13 Ex supradictis videtur inferri pro ecclesiis, in quibus est ius optandi, familiarem Pontificis, seu Cardinalis hoc iure privatum esse; si quidem non potest nouam praebendam obtinere, quin præhabitam dimittat ab inferiori possidam. At si dimitti præbenda reservata est ratione familiaritatis, non potest illam dimittere, ut inferior possidat. Ergo neque ipse potest nouam obtinere. Hoc autem videatur cedere in graue præjudicium ipsorum familiarium, ino & Pontificis reservantis. Ergo dicendum est ad reservationem non sufficere obtinere beneficium tempore familiaritatis, sed necessarium esse obtinere illud in perpetuum.

Dicendum tamen est, neminem ob familiaritatem Pontificis impeditum esse optare (nisi constitudo in contumiam

præscripta sit.) Quia non est agatum ob qualitatem speciali honore dignam priuati aliquem iure alii illi qualitate carentibus concepero, & tradit Cardin. conf. 126. incipiente, vacauerunt. in fin. Gonzalez gloss. 34. num. 42. Garc. 5. p. de benef. c. 1. num. 335. Barboſa alleg. 57. num. 114. Sed an optatum, an dimissum maneat referatum? non constat apud doctores. Et quidem si per optionem titulus beneficii non mutatur, sed locus in choro, ledes in capitulo, atque qualitates extrinsecus mutantur, certum est referatum esse beneficium præhabitum nouis illis qualitatibus affectum. At si titulus mutatur, existimat Garcia num. 340. nequaquam optatum referatum manere, si tempore optionis non adest in optante qualitas inducita referatum, feliciter familiaris subcollectoris. Protonotaria, &c. Et ratio eſc potest: quia nouum illud beneficium, neque ius ad illud determinatum acquisitum est durante qualitate inductu referacionis. Ex quo ergo capite ei potest referatio progenie? Qued si dicas, quia loco dimisso subrogatur, & ob hanc subrogationem cessat referatu respectu prioris beneficii dimitti, & iuicedit in obrem, vt dixit Cardinal. conf. 116. ad finem. Lebuff. in additione. ad reg. 3. Cancell. verbo obtinet. Paulus Granat. ad Simonarem. quæst. 3. num. 42. Gonzalez gloss. 34. num. 42. Barboſa alleg. 57. num. 114. Contra eſt, quia subiugatio referacionem inducere non potest, alias resignare, vel permutare libertate possent habentes beneficia referata, cum possint dicere loco beneficii referati aliud subrogatum esse. Item neque verum effe beneficium semel referatum semper manere referatum; si quidem in optione mutaretur referatum ex vno in aliud beneficium, quod certe non est dicendum. Ex ultimo etio probabilius beneficium familiaris quod in optione dimittit, referatum esse, neque in illo dari optionem beneficium vero optatum à referacione efficitur, nisi tempore optionis habeat optans qualitatem referacionis inductum.

P V N C T V M. X X.

Explicatur referatu quartæ regulæ
Cancellatæ.

1. Apponitur regula.
2. Ultra generalem collectorem unicus subcollector in qualibet diocesi est constitundus.
3. Si subcollector alius subcollectorem speciale designaverit, huius non manerent beneficia referata.
4. Non est necesse, ut subcollector officium subcollectoris actu exercet, ut eius beneficia referata maneat.
5. Probabilis est non sufficere designationem subcollectoris, sed esse necessariam subcollectoris acceptationem.
6. Qualiter constare debet collectorem, vel subcollectorem esse depositum, cum ad referacionem, tum ad reuinias colligendos.
7. Quae beneficia sub hac regula comprehendantur.

Quartæ regula referat omnia beneficia ecclesiastica quocunque collectorum, & subcollectorum unicorum in quaenamciuitate, vel diocesi, qui suo tempore officia exercutio subcollectorum, fructuum, & prouenientium cum re Apostolice debi orum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant. & in quibus, seu ad quæ ius eis competitabat.

2. Pro huius regulae explicatione aduentendum est ultra generalem collectorem unicum subcollectorem, & non plures in qualibet diocesi effi constitendum, ut referatu locum habere possit. Quapropter si unicus in ciuitate, & alius in diocesi continuatur, neutrī beneficia referata erunt, quia non unicus subcollector, sed plures in diocesi existent contra supradictam regulam, & non est specialis ratio, quare magis unius quam alterius beneficia referentur. Garc. 5. p. de benef. c. 1. n. 367. Gonzalez gloss. 51. à n. 71. Barboſa 4. p. alleg. 57. n. 119. Quod procederet casu quo collector plures subcollectores generales designare posset, illisque simul resignaret. Nam si unicus tantum designare posset, & illo resignato alius designaret, tunc primam renovaret, & generaliter quousquis secundum subcollectorem deputat, primum renovare censetur. Quia credendum est iuxta formam iuris designationem facere voluisse. Mandol. in hac regula. q. 10. v. 2. Garc. dict. c. 1. n. 366. Aloys. Riccius. collect. 1647. ampliat. 5. Barboſa 3. p. de potest. episc. alleg. 57. num. 122. Quod si non obstante prioris designatione designaret quis secundum subcollectorem intendens primum non renovare, beneficia acquisita à prijori tempore quo unicus fuit, manebit referata, scilicet vero si locum habet. Excipe, nisi designatione loci nulla esset: eo quod collectori potestas limitata sit, ut non possit nisi unicum subcollectorem designare. Garc. supra. n. 370.

3. Sed quid si subcollector alius subcollectorem particularem designaret, ut nomine ipsius fructus Pontifici debitos colligeret, quod non inferior priuilegio posse, eo quod si delegatus ad universitatem causatum, iuxta ea que tradit Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 31. à num. 4. In tali casu huic

subcollectoris particularis beneficia referata non erant. Quæ regula referat beneficia unici subcollectoris, & sic non efficiuntur, cum socium habeat. Beneficia vero primi, & principi subcollectoris hunc secundum designationis credo referata esse. Quia ab eo designatus non tam debet dici subcollector, quam commissarius subcollectoris. Et regula reservans beneficia subcollectoris, de vero, & proprio, & ad uniuersitatem cariarum designato intelligenda est. Garc. 5. part. de benef. cap. 1. num. 374. & 375. Barboſa 3. part. alleg. 57. num. 123. Deinde subcollector, cum sit à Ponifice delegatus, & iurisdictione habeat, debet esse persona qualificata iuxta formam textus in cap. statutum. in princ. & in cap. in nulo, in fine, & rescript. ib. 6. Alias nulla erit deputatio. Debet ergo esse canonici ecclesiæ cathedralis, vel alias persona in dignitate ecclesiastica constituta, tempore inquam dupariatur, tametsi persona non sit. Gonzalez gloss. 51. n. 7. Garcia cap. 1. n. 385. Barboſa num. 126.

4. Dubium tamē est, & satis inter doctores controvolum ad subcollector officium subcollectoris exercere debet, ut eius beneficia sub referacionem cadant: Ratione dubitandi fecerunt verba illa regulæ: Qui suo tempore officia exercutum, Quæ non debent esse inutiliter apposita. Ergo qui nunquam subcollector officium exercuit, eius beneficia sub referacionem cadere non possunt. Et ita tenet Crescen. decr. 17. de prebend. Rota teste Petrus. decr. 305. quæ incipit licet Rota. ib. 1. & decr. 1846. incipit Iohannes Paulus. lib. 3. part. 3. divers. Malaſa de probat. concl. 317. n. 27.

Nihilominus communis est sententia non requiri exercitum actu, sed sufficere in potentia, ita ut potens sit officium subcollectoris exercere, neque per ipsum sit, non minus ille exercetur. Mandol. pluribus probarobus super hanc reg. quæst. 4. Flamin. lib. 2. de resignat. quæst. 16. num. 36. Gonzalez gloss. 52. num. 71. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 345. & 351. Barboſa 3. part. de potest. episc. alleg. 57. num. 116. Riccius in collect. 5. p. coll. 6. 1647. quique testantur tage à Rota decimus esse. Ratio ea esse potest: si quoniam conditio ab aliquo expulsa, cuius exercitio per ipsum non sit, est perinde ac exercitio mandata est. cap. cum non sit. 66. Regul. iuri. 16. & leg. in iure ciuil. 21. ff. de condit. & demonstr. & pluribus exornat. Mol. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 13. à num. 14. Ego exercitum subcollectoris, quod est in subcollectoris expolatum, si per ipsum non sit, quoniam sit, repudianum est, ac si vere efficeret.

5. Rarus sit difficultas; an sufficiat esse aliquem subcollectorum deputatum, tametsi subcollectoriorum non acceptarent, ut eius beneficia referata censeantur? Affirmat Rota decr. 11. de probab. in nouis. Mandol. in hac regula. quæst. 4. Garcia 5. part. cap. 1. num. 347. Barboſa alleg. 57. num. 116. Mouentur, quia iurisdictione delegata transferri in delegatum à tempore data quod habitum est; quo quod exercitum presentationem litterarum requirat, ut tradit. alii relatis Aloys. Riccius collect. 1647. vers. amplia tercio. Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 7. num. 58. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 349. Mandol. reg. 27. quæst. 17. num. 4. & reg. 31. q. 1. Barboſa alleg. 57. num. 116.

Vetus mihi probabilis apparet necessariam esti acceptationem ut eius beneficia referata censeantur. Mouentur: quia ante notitiam designationis, illiusque assignationem neque subcollector officium subcollectoris exercere, tametsi relatis colligendi existant. Sed in supradicta regula haec potens actualis, & expedita requiritur, ut ex subdictione dubio constat, ut eius beneficia referentur. Ergo cum subcollector ante acceptationem haec potentia caret, nequecum eius beneficia referata esse. Neque obstat ante acceptationem habere iurisdictionem in habitu (quod sub lite est) tunc quod non habeat illam expediatum. Et ita requiri acceptationem docet Gonzalez gloss. 51. à n. 116.

Contrarium mihi probabilius videtur cum Gonzalez reg. 8. Cancell. gloss. 1. à num. 5. Petrus decif. 125. lib. 3. Quia haec regula solum reservat beneficia, quae alias ordinarii prouident poterant. Tum quia ad octo menses reservationem limitat, & quatuor liberos ordinariis relinquit, quod in beneficiis reservatis nequam locum habere potest: horum enim prouisio est omni tempore ordinariis interdicta: quia omni tempore reservata sunt. Tum quia loquens regula de alternativa episcopis concessa, expressè dicit esse pro beneficiis alias dispositioni Apostolica non reservari, vel auct. ergo de eisdem beneficiis procedere debebat reservatio, ut via pars regula cum alia convenientiam haberet. Tum quia in supradicta regula caetur impetrantem à sede Apostolica aliquod beneficium vacans in mense apostolico, ac proinde ex vi huius regulae reservatum debere mensiōnem facere mense vacationis, ne ordinario præsudicitur in collatione. Sed in beneficiis alias reservatis (est videntur in mense Apostolico) non est necesse huius mensis facere mentionem, ut expressè tradit Petrus decif. 125. lib. 3. Mandof. de signature grat. sit de prouis. vers. an autem in impræratione, Rota decif. 122. lib. 1. par. 3. divers. Garcia s. p. c. 1. num. 666. Ergo regula haec de beneficiis alias reservatis non loquitur. Neque obstat quod haec beneficia alias reservata proprie non vacent in curia, seu apud fedem; quia non omnia, que extra curiam vacant, haec regula reservantur, sed ea tantum que alias ordinariis collatoribus competere poterant quia haec regula ad restituendam ordinariorum potestatem expedita fuit, ut constat ex eius proemio.

4 Tertiò infertur reservari beneficia quocunque modo vacatura, alias quam per resignationem. Vnde si vacent per exitum, sive per incompatibilitatem, sive alio quovis modo excepto per resignationem, sub haec reservationem comprehenduntur, sic Gonzalez gloss. 1. 5. num. 1. & 2. Garcia de benef. s. p. c. 1. num. 547. Barbola 3. par. de potest. episc. alleg. 57. num. 195. Et procedit regula non solum in vacatione de iure, & de facto, de quo non est dubium, cum tunc plene beneficium vacet, sed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum: Garcia, Barbola, & Gonzalez, Supra rot. 1. §. 1. Et quidem quando de iure vacat beneficium, verè vacate dicuntur: si quidem amittitur ius plenum, & perfectum, quod in beneficio habebatur, cap. 5. gratio. de rescript. in 6. Et cap. si tibi absent. verbi, licet ibi ius in ipso beneficio, ut tuum dici possit. de præbendis in 6. cap. unico iuncta gloss. verbo obtinendis, de eo qui mittitur in possessionem in 6. regul. ben. fictio de reg. iuris in 6. & est expressus textus in Clem. 1. §. neuro ut lite pendente, & tradit, pluribus exhortat Gonzalez gloss. 15. §. 1. à num. 14. Barbola alleg. 57. num. 95. Garcia s. p. de benef. cap. 1. num. 548. Si autem se solo factu beneficium vacat, etiam verè vacare dicuntur, satis eruditè probat Gonzalez 1. num. 42. Et seqq. ea præcipue ratione, quia possit ius in beneficio conferre, & dominium illius præsumere facit, dum contractum non probatur, quod non leviter colligunt ex Clem. 1. §. quod si unum ut lite pendente, ybi ad iudicandum an in curia vel extra, beneficium vacauerit, spectatur vacatio per possessionem illius.

5 Excipiunt vacatio per resignationem. Sed de qua resignatione intelligatur, de tacita, an de expresta; de simplici an conditionali, dubium est. Expressam resignationem voco, quæ verbis expressis fit, ut si beneficium à te habitum in manus superioris relinquit ab illo prouidentum. Tacitam appello, quæ ex a te factis iure ipso inducitur, ut si secundum beneficium obtineas cum primo habito incompatible, si contrahas matrimonium, si professionem in religione approbatæ emitas; si militare nomen dederis, &c. iis, & alii modis de quibus laet Flamin de rescript. lib. 1. quest. 1. à num. 9. Et seqq. tacite cœleris beneficio habitu renunciare. Simplex vero resignationem est, quæ purè simpliciter & abfice villa conditione sit. Conditionalis, quæ sub aliqua conditione sit, ut si resignes beneficium ea conditione, ut P. tro conseruat reserata aliquæ pensione, vel non reservata. Flamin de rescript. lib. 1. quest. 2. per rotam.

Et quidem supradictam reg. 8. Canceliaria solum excipere resignationem exprestam, & non tacitam pro certo affirmandum est cum Gonzalez gloss. 1. à num. 65. Garcia s. p. de benef. c. 1. num. 544. eo quod resignatione tacita non est proprie resignatione, sed beneficij habitu amissio à iure inducta & verba legiis non debent abiisse manifesta ratione ad impropria significationes declinari. Sed an excipiatur resignationem exprestam, simplicem, aut conditionalem, an vitramque? non ita certum est. Vitramque resignationem excipere affirmat Gonzalez gloss. 14. num. 29. ea motus ratione, quia generaliter, & indistincte lo-

qui sit. Ergo de omni resignatione pro via intelligi debet. Cum autem resignatio tam simplex, quam in favore propria resignatione sit; de utraque hec regula debet intelligi. Multum dicendum videtur cum Garcia s. de benef. cap. 1. a. num. 14. solum resignationem simplicem, quaeque in manibus ordinarii fieri potest excipere. Mousco, quia ex subiecta materia colligitur de sola hac resignatione reguam loqui. Nam referuntur beneficia quoconque modo vacata extra Romanam curiam alias quam per resignationem. Sed extra Romanam curiam vacare non potest beneficium per resignationem conditionaliter, ut est expressa continuo Pij V. § 8. & tradit Glossa in cap. ex parte de officio delegati. Sed solum per resignationem simplicem, quia hanc solum ordinarius admittit potest, & beneficium ex vi illius vacans prouidetur. Ergo de sola illa regula intelligitur. Item regula praecondit facultatem ordinariorum de beneficiis prouidens correctate, sed ordinarii non habent facultatem prouidendi vacantia per resignationem in favorem, cum haec vacant in curia, & sint Pontifici affecta. Ergo de iis beneficiis regula non intelligitur. Neque inde sit haec beneficia vacantia per resignationem conditionaliter ex vi huius regulae reservata esse: siquidem solum à refectione excipiuntur vacantia per resignationem simplicem. Quia esto ex illis verbis alias quam per resig-
nationem, non excipiuntur ab hac reservatione vacantia per resignationem conditionaliter: excipiuntur tamen ex illis verbis extra Romanam curiam, cum haec non extra curiam, sed in curia vacant, & notavit Garcia d. cap. 1. num. 542.

Vetrum esti supradicta regula solum excipiat beneficia vacantia per resignationem simplicem, neque excipiat, neque comprehendat vacantia per resignationem conditionaliter. At sub exceptione simplicis resignationis comprehendit resignationem ex causa permutationis factam. Cum quia permutatione est vera resignatione, cap. unico, de rerum permut. in 6. & elem. 1. codem isti. & non est propriè resignatione in favorem cum loco favoris resignationis facti alium equaliter ab ipso recipiat. Tum quia ordinarius has resignationes, seu permutations admittit potest; ut expressè habetur in dicta continet. § 8. Pij V. & ita has resignationes ex causa permutationis exceptas esse ab hac regula docet Gonzalez gloss. 14. a. num. 32. Garcia s. p. cap. 1. a. numero 543.

7. Hinc sit te posse quolibet mense beneficium alias non reservatum in manibus ordinarii resignare simpliciter vel ex causa permutationis, siquidem vacans ex hoc titulo non reservatur, Gonzalez, & Garcia supra. Placitus in praxi Episcop. 2. p. cap. 5. num. 9. Gracian. discep. foren. cap. 159. num. 4.

8. Quarto ex supradictis verbis ad collationem, presentationem, &c. inferitur quoniam documque in supradicta beneficia ius habet, ius ius presentandi, ius eligendi, ius conferendi, esse sedi Apostolice reservata, si hoc ius tibi competit ex officio, ut Episcopis; ius ex privilegio, ius ex fundatione, ius ex praescriptione, nisi si ius patronatus laicale, aut mixtum. Imo etiam in fundatione diceretur, quod non inter reservatio, adhuc intare debet, quia legis efficacia impedit non potest, Gonzalez gloss. 1. a. num. 39. Garcia s. p. de benef. cap. 1. num. 610. Barboia 3. p. de potest. episcop. alleg. 57. in fine. Solum videatur excipendum ius conferendi beneficium non perpetuum, sed temporale, hoc est ex aliquo induito concessum propter limitatio temporalis, seu ad vitam. Quia hoc non videatur sub reservationem cadere. Nam ex tali concessione beneficium proposito contingit in omnibus mensibus illius temporis tibi privilegiato adiudicatur. Non igitur ex reservatione mensium hunc induito censendum est derogari; cum potius ipsum indulsum sit reservationis derogatio, seu dispensatio. Gonzalez gloss. 21. a. num. 19. & 29. Garcia s. p. de benef. cap. 1. a. num. 619. Barboia 3. p. alleg. 57. in fine. Subditur vero quorundamque collatorum, quorundamque inquam, ius ordinarii, ut Episcopi, aliqui habentes beneficia cum collatione extraang. exercerentur. §. ex eorum ordinarios de prob. cap. cui 42. electi, ius extraordinarii sunt, hoc est privilegio, aliquo iure speciali omnia enim haec beneficia reservantur. Gonzalez gloss. 23. num. 35. Garcia num. 620. Sub nomine collatorum presentatores, electores, aliqui dispositores intelliguntur; siquidem regula nostra presentes reservationem beneficiorum pertinentium ad collationem, presentationem, electionem, &c. non dicit quorundamque presentatores, electorum, prouisorum, sed tantum collatorum; indicans sub hoc verbo presentatores, electores, & quilibet dispositores comprehendit; vi bene notavit Gonzalez gloss. 16. numer. 11. Garcia d. cap. 1. num. 621. Adiutor collatorum & merito quia licet regulariter maiusculum concepiat in se secundum l. 1. ff. de verb. signific. si quis id. ff. de iuris. omnium iudicium, & tradit Socin. reg. 2. 52. Tiraq. de retrat. lignager. gloss. a. num. 179. Galp. Bieza. tract. de non meliorand. filiab. ratione doct. cap. 11. ex n. 11. & seqq. tamen hoc non propriè sit, sed exceptione desumpta ex mente disponens. Gloss. & doctores in d. l. 1. ff. de verb. signific. quae mens colligi non poterat in correctioris iuris communis, ut bene tradit Socin. sup. fall. 9. & Tiraquel. a. num. 179. Sed haec regula reservationis corrigit ius communis ordinarii collatoribus facultatem conferendi limitans. Ergo de secundis intelligi non poterat. Quod à fortiori procedit si verbum collatorum

comprehendat non solum presentatores, sed electores, consimilares, & proprios collatores. Nam secundis iure intendit, quod est beneficia ecclesiastica conferre, & iolum ex privilegio leti eiis Apollonica, vel personali, vel reali annoce alii dignitatis eis competentes, competere potest. cap. dilig. de maior. & obedient. Et ibi gloss. Sed ea que sunt extraordinaria, & à iure aliena, non videantur communis, & ordinaria regula comprehendendi. Ergo non debet sensi comprensio mulieres conferentes beneficia sub nomine collatorum. Merito ergo additum est collatorum, ut omnis dubitatio auferratur: sic Gonzalez gloss. 22. Ponitur autem verbum collatorum, & collatorum, in numero plurali, quia sub numero plurali de beneficiis locatus Ponitur fuerat, ut sic verba inter se aptius concingerent. Sed non inde inferum beneficium pertinet ad unius collationem, presentationem, electionem, &c., non reservatur viri: quia pluribus resoluuntur in singulat. leg. fal. a. 33. §. ff. de condition. Et demonstr. 1. Lucius. 78. §. Caio Sexto. ff. ad Trebel. & doct. Simona de seruau. q. 9. Garcia s. par. de benef. c. 1. n. 618. & pluribus exponit Gonzalez 21. a. 1.

§. IV.

De exceptione Cardinalium, & beneficiorum conditatorum, apposita in hac regula.

1. Explicatur exceptione.
2. De solum Cardinalibus ordinariis collatoribus hac regula exceptio intelligitur.
3. Beneficia simultanea & collationis Episcopi & capituli vacancia in mense Apostolico à Cardinali simul cum capitulo inuidetur.
4. Quid in beneficiis alias reservari? Probabilis videtur solum Cardinalem prouidere posse, efo contra senus Gonzal.
5. Quia beneficia indulta Cardinalium comprehendantur, sine reservari.
6. Si contingat Cardinalem Episcopum negligenter esse in praesione, decollatio fit ad eum, ad quem de iure alias pertinebat, & non ad Ponificem.
7. Cardinalis Episcopus non potest prouidere beneficia reservata vacanta tempore sui antecessoris, nisi speciale indultum habent.
8. Beneficium vacans in mense reservato tempore quo erat Cardinalis Episcopus, neque facit ab illo prouidit, potius à successore Episcopi prouideri.
9. An hac regula excipiant Cardinales absentes a curia? Affirmatione vel ponderatur.
10. Reges, & principes ob eorum altitudinem non comprehendantur in generali reservatione.
11. Beneficia concordata excipiuntur, & que hoc sint.

I A Supradicta reservatione excipit Ponifex tum beneficia pertinencia ad Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales. Tum que sub concordia concessa à Sede Apostolica, & à parte acceptata, & obseruata prouidetur. Inquit enim regula, Omnia beneficia ad dispositionem quorundamque collatorum quomodo libet pertinencia dispositioni sua Ponifex generaliter reservauit; non tamnam sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales aliorum sub concordia inter fedem apostoli, & quocunque alios intituli, & per eos qui illa acceperat, & obseruare debuerant accep-
tis, & obseruantis, quæ laderet non intendit, comprehendit.

Ex quibus verbis liquido confat Cardinales Sanctæ Romanae Ecclesie comprehensos non esse in hac mensuræ reservatione, ac prouide relinqui liberos ab hac reservatione.

2. Sed est dubium de quibus Cardinalibus loqueratur regula; ad de omnibus, an de solum ordinariis collatoribus? Affirmatur enim est de solum ordinariis collatoribus loqui. Quia solum illi favere Ponifex intendit. Quid fatus infinitus Ponifex solitum signum vniuersale apponens, cum de hac exceptione Cardinalium loqueretur; cum tamen illud apposuerit, cum de collatoribus fermone faciet. Dixit enim quorundamque collatorum, ut ex hac dueritatem colligentes quocunque collatores sive ordinarios sive extraordinarios comprehendunt, non tamen in exceptione comprehendunt omnes Cardinales, sed solum ordinarios; quia horum prouisio favorabilior est, cæque de causa in derogatione indutum Cardini, indulta Cardinalibus ordinariis collatoribus concessa sententia reservata, telle Achille. d. eis 348. alias 2. num. 1. & per vot. de privilegio. Pat. de ips. 411. l. b. & d. i. f. 93. lib. 3. Alias si Card. extraordinarii collatores, ut est legatus in sua prouincia, comprehendenderentur in exceptione huius regulæ, non indigerent induito ad prouidendum beneficia vacantia in mense Apost. reservato, ut vere indiget & patitur illis conceditur. Dicendum ergo est solum Cardini ordinarios collatoribus, & non extraordinarios, & ex privilegio excipi, Rota apud Crescent. de ips. 2. 17. alias 20. de prob. Gonz. pluribus comprobans gloss. 2. 4. a. num. 38. Garcia s. p. de benef. c. 1. n. 614. & c. 3. n. 53.

3. Secundum

³ Secundò dubitat Gonzalez d. gloss. 24. à num. 47. an hac exceptio locum habeat in beneficiis, quae sunt similitudines collationis Episcoporum, & capituli, ita ut hæc si vacante in mente Apostolico, possint ab Episcopo Card. simul cum capitulo prouidiri, vel à solo Episcopo, vel à neutro. Et affirmandum est à Card. simul cum capitulo prouidenda esse. Nam licet pro capitulo non faciat facta exceptio, sed solum pro Card. ac eo ipso, quo Card. a reservatione excluditur & iure ordinarii beneficia quo libet mense vacantia prouidet, capitulo, comitatu illius debet eum ius habeat concurrendi cum Episcopo in prouisionibus, quæ iure ordinarii illi competunt, & sic ob exceptionem fæda Card. & capitulum per consequentiam manet exceptum. arg. I. communem fundum. 10. ff. quemadmodum seruitur amittantur. Et confirmari potest, quia hæc exceptio tollit, si Card. ordinarij colatores sub dicta reservatione comprehendantur, atque adeo sint & iudicentur, ac si nulla esset lata reservatione. Sed nulla facta reservatione capitulo, cum Card. in prouisione illorum beneficiorum concurrende debebat. Ergo etiā facta hac reservatione debet concurrere cum reservatione nihil. Card. oblitus? sed illos intactos tibi niqueret, & tradit Gonzalez d. gloss. 24. à num. 52. Garcia 5. p. de benef. cap. num. 35. vbi adducit Rotam ad exceptionem exceptio. Et num. 62. 6.

⁴ Tertio dubitat Gonzalez num. 61. An idem dicendum sit in beneficiis similitudine collationis alias referuatis, ad quorum prouisionem Cardin. Episcopus indultum à fide Apostolica obtinet; Et præmissa ratione dubitandi pro parte negante tandem concludit sibi verius videtur idem esse dicendum in hoc casu, ac in praecedenti. Mouetur, quia indultum non ampliati faciat conferendi, sed solum removere obstatum reservationis; quia remora Cardinalis iure ordinario prouidet, sed in prouisione ordinaria capitulo concurrens, ut luppono. Ergo posito hoc indulto concurrence debet. Item scilicet reservatione non est dubium capitulo cum Cardinali habere similitudinem collationis, sed per indultum reservatione mouetur, & reducatur res in primitum statum, vt tenet Rota in via Hispanica potionis. 19. Ian. 1594. coram D. Pamphilio, quas ad longum refert Garcia dito cap. 1. num. 35.

Nihilominus contrarium mihi probabilius appetit, cum Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 62. scilicet solum Cardinalem virtute indulti alias referuata prouidere posse, & non capitulo, quia virtute indulti non cessat referuato, esto in ea dispensare. Referuatio namque horum beneficiorum est lex omnes Cardinales adstringens, ac curia legis obligatione Cardinales prius egredi eximuntur, eximuntur inquam, vi Privilégio manente reservatione, scilicet cum tempore interdicti concedit tibi potestas audiendi sacram ob præiugium bullæ, privilegium inquam bulæ non tollit interdictum, sed illo manente tibi facultatem concedit sacram audiendi, ac si interdictum non esset, sic in hoc indulto prouidenda beneficia referuata, perseverante enim reservatione, concedit indultum Cardinalibus facultatem prouidendi beneficia, ac si referuato non esset. Ex quo si Cardinalis non iure ordinario, sed virtute indulti, & vi a fide Apostolica delatus hoc beneficia prouidet.

Ad rationem contrariam respondeo, indultum non ampliare facultatem Cardinalium ad prouisionem aliorum beneficiorum, quæ secula reservatione posset prouidere; ampliat tamen, ut prouidere ea solus posset, quæ secula reservatione non posset nisi cum capitulo. Cum vero vigetur, indultum non præstare facultatem prouidendi, sed removere obstatum reservationis, regandum est. Duplicitur enim hoc obstatum removendi posse abrogatione, vel dispensatione. Indultum namque non abrogat reservationem; si quidem illam non tollit, dispensatio tamen in illa, ac proinde removet obstatum dispensatione, non abrogatione, quoties autem obstatum legis præiugio, seu dispensatione removetur, non tollitur lex, sed illa durante facultate concedendi procedendi, ac si lex non existere.

⁵ Quod si scire velis ad qua beneficia se extendant indulta Cardinalium, qualiter limitationes habeant, consule perdonatum tractatum de hac re Anastasi Germonij. Ego vero ea omitti quia uniformia non sunt, sed aliquando ampliata, aliquando restrictiora pro aff. Et Pontificis concedentes, & metu illius, cui indultum conceduntur. Quapropter cum causa dubius congerit, semper indultum inspicendum est, & illius verba ponderanda. Vnum tamen est certum ex a huius indulti, seu posse exceptionis in hac regula mensura contenta, non posse Cardinales ordinarios collatores beneficia prouidere, in quantum prouisione conferendi alius existit, tametsi de iure, quia erant in diœcesi, ad ipsum pertinenter. Item nec posse beneficia alias referuata prouidere; qui hoc indultum non auget, ordinacionem potestare, sed removere obstatum reservationis mensura tantum Garcia 5. p. de benef. cap. 5. num. 5. Et seqq.

⁶ Quarto dubitat Gonzalez d. gloss. 24. num. 78 si contingat Cardinalem Episcoporum negligenter esse per sex menses in prouidendo beneficio sibi competenti, ob quam negligientiam devolutio sit ad superiorum, iuxta cap. 2. de concessione prob. ad quem hæc devolutio fiat, an ad Archiepiscopum, seu illum ad quem

de jure devolutio competit, an ad solum Papam tantum de beneficio reservato; Et adductis pluribus pre viraque parte, tandem concludit ad Archiepiscopum, seu alias ad quem de iure devolutio pertinebat, fieri devolutio. Et placet Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 63. hæc resolutio, quam Rota decis. 74. lib. 3. p. 3. dicitur pro maiori parte approbavit, & mibi etiam probatur. Et ratio videatur manifesta; quia talis beneficij prouidio competit Cardinali iure ordinario, & non vigore aliquis induit, sed quores aliqui præsumit competit iure ordinario, si in ea negligenter fuerit, devolutio ad illius superiorum, iuxta cap. 2. de concessione probab. Et tunc tit. de suspensa negligientia præl. Ergo hæc prouidio competens Cardinali Episcopo ad Archiepiscopum devolutio. Nam licet Cardinalis in Cardinalatus dignitate superior Archiepiscopo videatur quia tamen non iure Cardinalatus, sed iure Episcopatus hæc beneficiorum prouidio competebat, esto dignitas Cardinalatus occasio fuit, ne illi beneficia restaretarentur, ideo ad Archiepiscopum devolutur.

Hæc procedure de beneficiis alijs non referuatis. Nam si beneficia referuata sunt, & virtute induiti, & non ex potestate ordinaria illa confert, non Archiepiscopo, sed Pontifici fit devolutio, ut propter beneficio referuato, in quo nullus fit introiunctus potest nisi ex facultate à Pontifice concessa Cassad. decis. 8. de prob. Crescenti decis. 11. codem tit. Mand. de signat. gratia. tit. de prouisione, vers. in beneficis referuatis. Anastasius Germon. de indutis Cardinalium. 5. volum. num. 56. quos sequitur Garcia 5. p. de benef. cap. 1. sub num. 6. 8. Et 63.

⁷ Quinto dubitat Gonzalez d. gloss. 24. à num. 108. an Cardinali Episcopus possit prouidere beneficium, quod tempore sui antecessoris non Cardinalis vacavit mensa referuato; Cui dubitatione bene responderet, nequam posse cessante indulto eo quod illud beneficium a pueri vacationis fuit sedi Apostolica referuatum, sed quod semel referuatum est, semper referuatio perseruerat: licet eau a reservatione celer. Rota decis. 1. Et 13. de probab. in nouis. Gomezius in reg. de infirmis resignans. quib. 11. post. prim. num. 3. & alii relati à Gozalez supra. Ergo si Cardinalis haberet indultum solitum ad conferenda beneficium illud beneficium conferre posset, si tale indultum extendere stat ad beneficia iam vacantia, alijs fecerit: consistit ius omnibus. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 63.

⁸ Sexto è consuesto dubitat Gozal. d. gloss. 24. num. 110. an vacante beneficio in mente alijs referuato tempore quo Cardinalis erat episcopus, quod durante vita Cardinalis non prouidit. Rationem dubitandi fecit reg. 2. Cancell. referuans beneficia omnia que post obitum episcoporum, &c. vacant, & vacabunt in futurum. Sed supradictum beneficium vele vacat post obitum episcopi, vt tradit Simoneta de referat. quatt. 74. Franciscus Paulinus de officio. Et potestate capituli sede vacante. p. quatt. 10. num. 23. ante medium: ibi etiam si vacasset, viuente prælatis quia verum est dicere, quod etiam vacet eo mortuo ex quo non prouidit, donec vivit. Ergo nequit episcopus successor illud prouidere ob reservationem d'ea reg. 2. & ita pro certo ass. mat Garcia, vt contrarium procul dubio fallum esse dicat 5. p. de benef. cap. 1. 7. 63.

Mihi tamen probabilius appetit cum Gozal. sup. à num. 114. posse successorem illud beneficium prouidere, non obstante reg. 2. Cancell. illa enim seclusa ipsem Gozal. affirmit fieri posse. Tum quia modernus episcopus succedit in locum defuncti iusque iure tali vi debet, qui in ius s. de reg. inv. Tum quia tale beneficium cum vacavit, nulla fuit reservatione affectum, quia nulli erant menses apostolici. Ergo ita debet semper remanere, nisi de noua reservatione expresse constet. Tum quia beneficium, quod tempore Episcopi non Cardinalis vacavit mensa Apostolico excludatur a prouisione Cardin. ob reservationem, nisi habeat indultum. Ergo beneficium vacans tempore Episcopi Cardin. prouideri debet à successore non Cardinali ob libertatem, quam tempore vacationis obtinuit; quia contrariorum eadem debet esse ratio, & decisio. §. 1. inst. de resol. Quod veto reg. 2. Cancell. non obster sic probo, quia ut ex eius contextu constat, solum referuat beneficia, quia tempore date ipsius regulas vacant, & vacabunt, post obitum inquam Episcoporum, Archiepiscoporum, &c. Cum autem illud beneficium non vacet post obitum, sed ante obitum, etiam duret eius vacatio post obitum, efficiet fandū sub predicta reg. 2. non contineri. Et confirmo Aliud est beneficium vacare, aliud durate vacationem, & esse vacans. Vacat quidem beneficium propriè, & in rigore cum ilius possessor decedit. Est tamen vacans, & eius vacatio durat, quoties non prouidetur. Cum autem supradictum beneficium non vacante fide Episcopali vacante estio eius vacatio pro illo tempore duret, fit sub regula secunda non comprehendit. Addit. reservatione ut pote odiola, non est extenda ad calum dubium, seu non satis expressum. Negari autem non potest, esse talis dubium; an verba supradicta reg. 2. comprehendant beneficium vacantia fide Episcopali plena iurorum vacatio fide Episcopali non plena daturatio. Ergo ad hæc beneficia reservatione extendenda non est.

⁹ Septimo dubitat Gonzo d. gloss. 14. à num. 112. An hæc regula

Rebuff. in concord. super forma mandat. apostol. in glossa vtrō
moū proprio.

2 Modus seruandus in expressione mensis debet esse certus & abolutus; si quidem ita cauerit in regula: ibi 3 dicitur mensianem fieri; verbum enim dispositum est idem ac affinitate, aboluta, & certo Mand. de signat. grat. tit. de provisionib. col. 8. vers. mensis mentionem dispositum. Gare, s. p. de benef. cap. 1. num. 656. Gonzalez gloss. 32. num. 7. Quapropter non sufficit narrare mentem dobitatiū, dicendo forsan vacuit in mente referatu, vel ut alterius in mente referato vacuit. In Gare, sub. Gonzalez à num. 10. Quia si ex vi. haec narratio tantum Pontifex prouideret, periculis expostetur derogandi ordinariorum prouisioni, & cuius derogationem ipse vitare intendit. Item non esse cogendas impetratae probatae referuntur, ut gratia sibi facta subficeret, cum non in referentia certa, sed dubia, & sub opinioni posita fundaret impetratum: quod nullummodo est admittendum, cum plene & copiudenter probanda sit referatu ab impetrante, ut ipsa fundamentum sue intentionis, & gratiae obverse, ut multis argumentis probat Gonzalez gloss. 11. à num. 9. Et hoc ratio probat non esse narrativum faciendum per clausulas generales conditionales, ut si ponuntur petetes beneficium, quod creditur, casse tali mente, vel si forte in alio vacauit. Quia his verbis non clarē, & firmiter manifestas vacationem in mente referatu, ut illam tenaciter probare. Ergo non satisfaciens regulare, & consequenter gratia facta nulla est: nisi forte due colligatur voluntate Pontificis, non obstante praedicta narrativa minus legitima tibi gratiam conferre: ut ostendit Gonzalez gloss. 32. num. 1. Et 16. & saec. Garcia s. p. part. de benef. cap. 1. num. 656. fine.

3 Solum est dubium, an sufficiat narrare vacata beneficium in uno ex mensibus referatu, vel vacata in mente referatu, quin ex primatur mensis in particuli. Garcia d. s. p. de benef. cap. 1. num. 656. negat, neque adducit rationem: ea tamen ele potest, quia hac generalis expressio non vi etat sufficie regule disponenti dispositiū mentionem fieri mensis in quo beneficiū vacuit. Tum quia hæc non est determinata, casu, & absoluta expressio mensis. Tum quia ex illo non cogitur probare quo mente vacatio contingit.

Ceterum mihi probabilis apparet supradictum narrationum sufficiere. Quia ex ilia iam pontifici constitutu autem praedicium ordinario prouenire: quae fuit ratio motiva, ut mens exprimeretur. Deinde cognoscit Pontifex iure referentia sibi competere illius beneficiū prouisione, cum eius ratio contingit in uno ex mensibus referatu, quod vero portet latus, quam Februario fuit, per accidens est ad finem intentum. Ergo plenè sit regulā satisfactio ex huicmodi narrativa, & ita fuit decisum in una Abulensi. p. 10. 1610. coram D. Manzaneo. ut testatur ipse. Gare. s. p. Ne ratio contraria vtger. Nego, namque hanc narracionem non esse claram, abolitam, & determinatam expressionem mensis referatu, in quo beneficium vacauit: est enim determinata mensis in ratione referentis, esto non fuerit absolute, clara & determinata mensis numerica, & temporalis. Sed hoc determinatio numerica non videtur necessaria. Nam per aliam determinationem specificam mensis quoad referentiam sufficiet cognoscit Pontifex: an in uno, vel in ordinarii mensis beneficium vacauerit. Probario autem quam censetur impetrari facere de mente non est de mente numero, & singulari, hoc enim parum utile est, sed de mente referatu, vel auctoritate.

4 Sed hucusque videmur supponere mentionem mensis faciendam esse de vacatio contingent in mensibus referatu, cum tamen plures contrarium leniant, ut videte eph. apud Gonzalez gloss. 39. à num. 49. Alii namque affirmant, quibus Gonzalez adhaeret, solum mensis ordinarii mentionem facient deinde esse. Quia solum ex vacatio contingente in hoc modo potest ordinario fieri praedictum. cum solum pro hoc modo prouideat beneficium possit. Nam ex prouisione beneficij referari in mente referatu, nullum illi praedicium utique potest, cum in eius prouisione non se possit intronimere. At ratio ob quam mensis cauerit exprimi, est ne ordinarii in eorum prouisione prouidetur. Ergo cum hoc praedictum solum contingere possit in vacatio mensis ordinarii, illius tantum mentionem facienda est, & adducit pro se nonnullam deci. Tunc. can. 24. Maii. 1602. coram D. Pamph. & deci. Acamboni. 70. alias 59. lib. 2. & Mand. designat. grat. tit. de provisionib. vers. an autem in imperat. Alii dicunt viri quibus mensis & referatu, & ordinarii mentionem esse faciendam referunt, quia de illo expressè cauerit in supradicta reg. ordinatio: ob rationem supradictam, & quia referando ostio menses, tunc quoniam ordinarii relinquit, & cum statim subiungentur de dictis beneficiis tunc vacanibus mentionem mensis fieri debet, ad beneficia vacanta tam in mensibus expressis, & referatis quam tacitis, & ordinariis referenda sunt. Adeo mentionem mensis expostulat esse, ut faciat Pontifex, an ordinario prouidetur, vel non prouidetur in prouisione ut constat ex deci. Patci 53. num. 4. Et 5. lib. 2. Et deci. 25. lib. 3. & approbat in quodam

DE CAS PA T

XII

In impetratio beneficiorum mentio mensis, in quo vacatio contingit, facienda est.

- 1 Nulla est gratia, in qua non exprimitur mensis vacationis beneficii.
- 2 Modus seruandus in mensis expressione qui sit.
- 3 An sufficiat narrare vacafe beneficium in uno ex mensibus referatu? Sufficit, tamēs contra sententiam Garc.
- 4 Sed cuius mensis an ordinary, an referatu est mensis facienda. Variant doctores.
- 5 Probabilis est pro solis mensibus referatis esse intelligentiam.
- 6 Est satius oppositus fundamentis.
- 7 Exprimendus est mensis, quoties beneficium obtinetur, si in prima gratia expressa non fuit.
- 8 Exprimendus est in gratia, si nesci.
- 9 Item si beneficium vacauerit de iure, sine de facto.
- 10 Item in beneficis quomodocumque vacant, que alias non fuerint referata.
- 11 Non est necessaria expressio mensis in beneficiis alias referatis, neque in vacatis per respirationem, neque in beneficiis suis patronatis, neque in subrogationibus ad litigem, neque in beneficiis ob duolutionem impetratis.

1 In eorum impetratio fieri mentionem mensis, in quo tale beneficium vacauit, & aliquo inquit gratias nullas esse. Prætendit enim Pontifex non præjudicet ordinarii in collatione horum beneficiorum: ideoque expostulat sibi de mente vacationis dati notitia: sic P. deci. 54. num. 5. lib. 2. Et deci. 5. num. 1. lib. 3. Rota deci. 724. num. 6. p. 3. dñers. Et deci. 19. num. 22. p. 2. dñers. Gonzalez reg. 8. Cancell. §. 4. proem. a. n. 7. Et gloss. 32. num. 2. Hæc autem notitia danda est in qualibet beneficii referatu supplicatione seu concessione, etiam motu proprio facta, ut expelletur in dict. reg. cauerit. Quia motu proprio, tollit subceptionem, sed non suppet intencionem concedens, nec substantiale defecit, qui concomitantur in raciuitate mensis, cuius expressionem expostulat Pontifex pro valore gratie: sic Anton. Gabi. tit. de clausul. concl. n. 18. Et seqq.

quidam decisi, pro Tolet, parochiali de Huerta, 22 Maij, 1589. cotam D. Manica, quam refert Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 663. Sed ad hanc notitiam cuiuslibet mensis est mentio necessaria facienda. Ergo, &c.

5 Nihilominus probabilis existimo solum pro beneficiis vacantibus in mente reseruato esse mentionem mensis faciendam; quia solum de hac vacatio mente in dicta reg. caetur, ut considerari constabit. Premiserat enim Pontifex reseruacionem beneficiorum omnium, quorum vacatio illis octo mensibus contingit, & nulla facta mentione de vacatio continente in mensibus ordinariis, subiungit de dictis beneficiis tunc vacantibus dispositivae mentionem fieri de mente in quo vacuantur. Ergo solum praecepit mentionem faciendam mensis pro beneficiis vacantibus in illis octo mensibus reseruatis, & non pro beneficiis vacantibus in mensibus ordinariis, quorum vacatio nullam fecerat mentionem; sic pro matre parte fitur Rota auditores apud Puteum decisi, 53. lib. 2. & tradit Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 657. & testatur plurimis a Rotis fulle decisis.

6 Neque virgin fundamenta contraria. Ad fundamentum primae sententiae admittit expressio mensis caeteri, ne ordinario praedictum inferatur, quod praedictum esto non infuscari si apponamus beneficium vacante in mente reseruato, at cum hec suppositio non constet, si solum beneficium vacantis mensis sit, absque expressione mensis in quo vacavit, manifeste praedictum ordinario inferri potest ex tali prouisione. Deciso vero Titaquela, non fauens Gonzalez cum non loquatur de beneficiis vacantibus in mente reseruato, sed de beneficiis alias reseruatis, ut ipse dixerat dict. gloss. num. 39. & notaui bene Garcia sup. num. 657. Ad secundam sententiam fundamenatum, quatenus est nobis oppositum, respondendo admittendo ex referutatione octo mensibus vacante quatuor ordinarios relinquunt, sed nego inde inferri de his relictis, & ordinariis concessis mentionem fisi praecepi, immo potius contradictionem inferitur, siquidem dicit Pontifex de dict. beneficiis tunc vacantibus mentionem mensis fieri debere, cum autem solum dixerat de beneficiis vacantibus in mensibus reseruatis, nequamquam de ordinariis intelligi potest. Alias si de omnibus beneficiis omni mente vacantibus vellet Pontifex fieri mentionem, non apparet participium illud restituum, dictis benef. neque adverbium illud tunc vacantibus, sed absolute diceret de beneficiis quoconque mensis vacantibus mentionem dispositivae fieri debere. Neque etiam virgo ultima ratio dislupta ex fine expressionis mensis. Nam illa facienda est, ne Pontifex ordinarius praedictus in prouisione, qui finis sufficienter obtineatur, si vacatio in mente reseruato exprimitur. Nam inde clare inferitur, cum non exprimitur, non esse beneficium reseruatum.

7 Rursum est difficultas in quibus impetracionibus, concessionibus, & gratias facienda est huius mensis expressio, & in quibus non est necessaria. Siue responderet faciendam esse, quoties beneficium vacans in mente reseruato obtinetur, ut dicti praedicta regulam, & in supplicationib. & concessiōnib. gratiarum. Unde si prima prouisa nella sunt, eo quod mensis expressus non fuerit, & deinde secunda obtinetur, in ea debet mensis exprimi. Quia illa est vera beneficii prouisio, & Pontifex caeteri in supplicationibus, seu concessiōnibus gratiarum mentionem mensis dispositivae fieri. Puteus decisi, 44. lib. 1. Rota decisi, 47. num. 4. lib. 3. part. 3. dices Gonzalez gloss. 32. num. 20. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 660. Notarunt dixi experimentum esse mensem in obtentione secunde gratiae, quando in prima non fuit expressus: nam in prima est nullus mensis expressus fuit, non est opus in hac secunda, quae est reformatiora prima, mentionem mensis fieri, quia haec secunda solum est ad reformandos defectus primi mensis relatis docet Gonzalez num. 41. & 42. Garcia num. 671.

8 Secundo experimentum est mensis in gratia, si neutris; quia est vera gratia, & beneficij concessio ad vitandas lites. Puteus decisi, 48. num. 1. lib. 1. Gonzalez num. 21. Garcia num. 659. & testimonianter scilicet a Rota decisum.

9 Tertiexprimere debet, siue beneficium vacauerit de iure, siue de falsoqua quoconque modo vacat, est vera vacatio, & vera beneficii concessio, ut superius diximus. Gonzalez n. 25. Garcia 7. 661.

10 Quartodebet exprimi non solum in beneficiis vacantibus per obitum, sed quoconque vacent, si ob modum vacantibus alias non sunt reseruata, quia Pontifex praecepit mentionem facere de mente, in quo beneficiis, de quibus locutus prius fuit, vacauerint, ut constat ex illis verbis. Volens in supplicationibus de dictis beneficiis, &c. At loquutus fuerat de beneficiis quoconque vacantibus. Ergo quoconque vacantibus est mentio necessaria facienda. Gonzalez gloss. 32. à num. 26. & seqq. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 665. & testimoni Rota in una Titaquela, canonizatus Maij 24. 1602. cotam illusterrimo Cardinali Pamphilio, cuius meminimus Gonzalez & Garcia sapientia. At in predicti doctores addecurunt, esto ex iure dicta vera fuit ex stylo tamquam datarum verius esse conatum,

eum in ea solius beneficii vacantis per obitum mentio mensis fiat, non autem si vacet per affectionem alterius, per matrimonii contractum, per ingressum religionis, per priuationem, &c. & cum Pontifex ab aliquo hac mensis expressione beneficium sic vacans supplicanti confert, ordinatio caeleretur velle in collatione priuacione, si forte in mente ordinario vacavit.

11 Non est autem necessaria expressio mensis in beneficiis alias reseruatis, quia haec sub hac regula non continentur, neque eorum prouisio ordinario praedicatur potest. Puteus decisi, 25. lib. 3. Rota decisi, 12. lib. 1. par. 3. dices. Mandol. de signature grat. sit de prouisionib. vers. an autem in impetracione. Gonzalez gloss. 32. à num. 39. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 668. Secundo non est necessaria in beneficiis vacantibus per resignationem, siue resignatio sit conditionalis, siue pura & limpia. Quia de his non loquitur regula. Nam si beneficia vacante per resignationem conditionalem, vacante in curia, & sic non potest ordinatio eorum prouisio competere, & ex alia parte Ponit. x ignorare non potest, quando eorum vacatio contingat, cum sit in illa hora, & puncto quo resignationem admittit, & gratiam signat, vt bene notaui Garcia num. 667. Gonzalez num. 45. Si vero vacant per simplicem resignationem, excluduntur a regula, ibi alias quam per resignationem. Tercio non est necessaria in beneficiis iuriis patronatus laicorum; quia haec non sunt Pontifici reseruata, sed quolibet mente ordinarius collector institutionem facere potest. Addit regula non de institutione, que necessaria est, sed de electione, presentatione Ecclesiastica, & collatione loqui. Garcia num. 669. & 670. Quarto non est necessaria in subrogationibus quoad beneficium litigiosum. Tum quia haec subrogatio non potest ordinario praedicatur cum ipse impeditus sit ab illa facienda quolibet mente cap. 1. & 2. ut licet penitentia in 6. & clementia, eodem titulo, ac poinca regula est, sicut beneficium alias reseruatum. Tum quia subrogatio quoad beneficium litigiosum in locum defuncti non est beneficium vacantis absoluta collatio, sed est quamdam iuris, quod defunctus habet translatio. Sic Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 672. Quinto non est necessaria haec mensis expressio in prouisionibus, & gratiis ab Episcopis, alii que ordinariis facti. Tum quia hi presumuntur notitiam mensis habentes. Tum & praecepit quia regula loquitur de narrativa facienda Pontifici, non ordinariis in prouisione praedicetur. Gonzalez gloss. 32. à num. 46. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 674. Sexto non est necessaria in beneficiis ob devolutionem imperatis; qui horum prouisio ordinario competere non potest, cum ob eius negligenter superiori sit aducata, & sic cessat finis, & causa exprimenti mensem: deinde beneficia devoluta non vacant de novo, sed retenta priori vacatio impeditur ordinarius ob negligientiam ab illorum prouisione, & succedit loco illius superioris, sed quoties beneficium non vacat in mente reseruato, non est necessaria mentio mensis facienda. Ergo neque in beneficiis devolutis erit necessaria, cum illa Pontifex non prouideat ob vacationem, sed ob subrogationem. Gonzalez gloss. 32. in fine. Ut autem haec mensis expressio nunquam omitatur, annulatur. Pontifex gratia altera factas ibi, alioquin gratias nullas esse, nullas inquam esse ipso iure, quia hoc indicat verbum esse, quod est de presenti & alias dicitur annulandas, & tradit Titaquela, in leg. si unquam, verbo reveratur, de rescindendis donis, num. 180, cum seqq. & in presenti. Gonzalez dicta gloss. 32. num. 35.

S. VI.

Qua ratione derogantur obstacula reservationis.

- 1 Expenduntur verba regula derogantia obstacula, & impedimenta reservationis.
 - 2 Primo derogatur consuetudo optandi ne obstat reservationi. Et que sit hac consuetudo.
 - 3 Duplex est ipsi optandi, prater ius, & contra ius. Et que horum sit differentia.
 - 4 Quod tempus ad optionem requiratur.
 - 5 Quibus personis competit optio, quique censoratur antiquior ad effectum optionis.
 - 6 Omnes consuetudines optandi de medio tollit regula.
 - 7 An impedita optione de beneficiis reservatis impeditatur in predictis, & praefinitis annexis. Sub distinctione responderetur.
 - 8 Non datur optio in predictis doctoribus, magistris, & preventoriis.
 - 9 Si optat beneficium, quod optare non poteras, obligaris illud dimittere. Et qualiter possis ad dimissum redire.
 - 10 Derogantur priuilegia, & indulgia Apostolico contraria supra dicta reservationi mensum.
 - 11 Qua verba addat Pontifex ad maiorum reservationis firmatorem.
- D Enique volens Pontifex hanc suam reservationem ab omnibus impedientibus liberare statuit minime aduersus

Ius eam suffragari confuetudines etiam immemoriales optandi maiores, & pinguiores præbendas, nec non priuilegia etiam in limine erectionis concessa, & indules apostolica circa ea; ac etiam disponendi de huiusmodi beneficiis; aut quod illa sub huiusmodi resertationibus minime comprehendantur, etiam cum quibuslibet derogatoriorum derogatoris, &c.

2. Circa predicta verba sciendum est optionem in prætenti esse facultatem, & ius ascendendi ad maiorem, & pinguiorem præbendas virtute prima præbendæ habita cap. fin. de consuetud. in 6. Quod ius, & facultas ante vacationem præbendas non sunt consideratione digna; eaque de causa non obstante confuetudines opandi alius Ecclesiæ, possunt præbendati suas præbendas resignare in favorem. Qui per hanc resigationem non tollunt inferioribus præbendatis ius aliquod queatum. Gonzalez gloss. 34. num. 25. fundo num. 126. & 127. Dixi optionem esse facultatem, & ius ascendendi ad maiorem, pinguioremque præbendam, non descendendi ad minorem, quia æquum non est, ut ad minoria deueniat, qui maioribus est potitus, ut traditum leg. majoribus. Cod. quemadmod. ciuitatis munera indicat. (est contrafœtae glossa in cap. fin. de consuetud. 6. verbo meliore.) Quapropter in Ecclesiæ vbi beneficia, & præbendas equeles fuerint, optione esse non potest. Quia non potest esse alementis, potest tamen esse optione quoad sedem in choro, & vocem in capitulo, & alia in quibus inæquaitas cernitur. Gonzalez num. 28. 124. Garcia s. p. de benef. cap. 1. num. 45. 9. circa finem, & tradit Rota decis. 6. de consuetud. in no[n] vers. aliquas sunt præbendas.

3. Sed quia duplicitas quis ascendi potest ad pinguiorem præbendam, ver retento titulo præbenda prioris, & minoris, vel illo dimisso, ideo duplex est optione. alia quæ vocatur præter ius, alia contra ius. Optione præter ius est, cum retento titulo optatur nouæ fædes, nouæ prærogativa, nouaque portio temporis, huic enim optioni ius non reficit, sed potius facit. cap. fin. de consuetud. in 6. Contra ius est, quando nouus titulus, nouumque beneficium obtinetur antiquo dimisso. Et quidem contra ius; quia optans auctoritate proprio nouum titulum, nouumque confequitur contra textum, in cap. 2. de concessione præbenda. & cap. de testanda, eodem, tit. in 6. Est autem inter has optiones magna diuersitas: nam optione præter ius statutæ voluntate Episcopi, & Ecclesiæ, ut est omnium sententia. Gigas de pensionib. quaf. 3. a. num. 49. Alexand. Moneta de optionib. cap. 12. quaf. 3. a. num. 49. Garcia s. p. de benef. cap. 1. a. num. 45. Secus tamen optione contra ius; quia inferiori non est datum contra leges superioris flatute. cap. quod super bis. de majori. & obediens. & clement. ne Romani. de elect. Quod si dicas, prælator potest præjudicare Ecclesiæ in iure querendo, esto iure quæstio prædicare non posse. cap. cum dilectus, de consuetud. Potest item leges, & statuta condere circa eas res, de quibus consuetudo introduci potest. cap. ex parte, 2. de verbis significat. iunctio cap. certificari. de sepius. Ergo potest statuere optionem iuri contrariam. Facile respondetur Episcopum nequamque posse per statutum generale præjudicare Ecclesiæ in iure querendo, quia id est contra ius, bene tamen posse statuto speciali in fundatione Ecclesiæ facta, alioquin eas particuliari, de quo loquitur textus in dicto cap. cum dilectus. quia id non est à iure reprobatur, neque illud est confendum Ecclesiæ prædicare, cum Ecclesia nunquam haberit ius contrarium tali dispositioni. Neque est verum, inferiorum condere posse reges, & flatuta circa illas res, de quibus introduci potest consuetudo, quia consuetudo via habet non intriducendis, sed ex ratio confusa principis, cum rationabilis est, & legiæm præscripsi. at leges, & flatuta omnem efficaciam habent ab ipsis statuencibus, & cum flatuentes inferiores sine Pontifice, non possunt aduersus eius leges ullam efficaciam habebat. Garcia & Gonzalez supra.

Secunda differentia harum optionum est, nam optione præter ius consuetudine decennali introduci potest, vepte, cui ius non reficit. glossa in d. cap. fin. de consuetud. in 6. verbo consueludo. & ibi Anchastrian. Dominic. Francus, & alii; Gonzalez gloss. 34. num. 1. 4. Garcia s. p. de benef. cap. 1. sub num. 45. 9. vers. quando vero. At optione contra ius quia ius reficit, requirit quadragesimum tempus, ut legiæm sit præscripta, ut multis probat. Garcia & Gonzalez supra.

Tertia differentia est, quod beneficiatus gravatus pensione illam retinet in optione præter ius quia retinet titulum, cui pensione annexa est. Secus contingit in optione contra ius. Nam dimisso beneficium liberatur ab onere solvendi pensionem illi annexam, illudque subit qui beneficium pensione gravatum obtinet, ut alii relatis tradit Garcia s. p. de benef. cap. 5. sub. n. 18. 3. & 5. p. de benef. cap. 1. a. num. 45. 9. & seqq. & bene Gonz. gloss. 34. a. num. 45. & seqq.

Quarta differentia est, quod in optione contra ius excluditur excommunicatus, & irregulatus utpote qui beneficii acquirendi incapax est, ut non excluditur optione nouum titulum non acquirente. Gonzalez gloss. 34. quaf. 3. Specialiter n. 72. & seqq.

4. Tempus requisitum ad optionem non solum pro primo optante, sed pro reliquis succedentibus, sunt viginti dies, ut

expresse haberetur in dicto cap. fine de consuetud. in 6. & nota ibi Glossa. Hi dies debent numerari non à die vacacionis, sed à die verisimili notitiae, quia sine hac notitia impotens est ad operandum. Gonzalez supra num. 75.

5. Personæ, quibus optione competere potest, sunt antiquiores in Ecclesiæ, ut expresse dicit Pontifex in d. fin. & Glossa ibi omnes antiquiores.

Sed est graue dubium, quis censeatur antiquior ad effectum optionis, an prior fuit in possessione, eto posterior fugit in prouisione: an econtra qui prior fuit prouisus, eto posterior possessionem accipit? Respondere cum Glossa in suprad. cap. fin. esse iudicandum antiquorum, qui prior est in possessione. Tum quia prior Ecclesiæ scutio est mancipatus, ob quod seruitum hoc ius opandi, aliæque prærogativa concurunt, argum. leg. 2. in fine. Cod. de officio magistrorum officiorum, ibi, ut in gradu exercitos antecedat, quem stipendia metuunt, et labore prolitus fecit anteire. Tum quia prior obtinuit ius perpetuum in beneficio, ratione cuius fructus beneficii debentur; et inter fructus beneficij optione, ut senit Cassador, dees. 3. de pensionib. num. 6. Glossa cap. cum olim, verbo capitula, de manu, & obedienti, & ita tradit, pluribusque exornat Gonzalez ad reg. 3. Cancell. §. 3. proxem. à num. 23. & gloss. 34. num. 49. Excedens tamen est casus, quo prior in possessione impedimentum malitiosum fuit prius possumus, non possit enim acceptus. Quia non æquum non est, ut ex sua iniurie commodum reportet, cap. ex tenore, de re scriptis, & tradit alios referunt Gonzalez & §. 3. proxem. num. 8. His præmissis.

6. Nostra regula 8. de medio collit has consuetudines etiam immemoriales optandi in membris restituatis, ita ut iam non sit locus dubitationis, neque allegari possit illa contunditur in contrarium, cum per hanc nostram regulam etiam consuetudini immemoriai derogatum sit, & cum haec regula à quolibet Pontifice initio sui Pontificatus renovetur, non potest illa consuetudo aduersus illam prævalere: inquit relatis docet Garcia s. p. de benef. c. 1. a. n. 45. 2. & Specialiter 45.

7. Sed est dubium; an impedimentum optione in beneficio resusat; impeditur etiam in præbendis, & præstimonio annexis; Contingit enim in Ecclesiæ Cordubensi, alioquin Hispania Ecclesiæ tot esse præbendas temporales, portions, & præstimoniorum, quod sunt canonici. Dubium ergo est, an rancante canonico in mense apostolico præbenda temporalis, quæ si fuit annexa, possit optari. vel potius maneat cum canonico resusat? Qui dubitatione distinctione fit tatis. Si præbenda sit perpetuo, & inseparabiliter canonico annexa (quod ex practica colligendum est) non erit locus optioni, sed cum optione canonico reserua manebit. Quia accessum sequitur naturam principalis. At si præbenda non sit canonico annexa, sed canonico annectitur ad vitam, ut in Ecclesiæ Cordubensi, practicatur, locus esse potest optioni, & non resusat. Sic Gonzalez gloss. 34. a. n. 22. Garcia s. p. de benef. c. 1. n. 45. 2.

8. Hinc sit in præbendis doctoralibus, magistralibus, & penitentiariæ non dari posse optionem. Quia officia iis sunt perpetuo præbendæ annexæ. Unde non potest quia iis officiis ceteris retinens præbendas eis annexam, nec ecclesia resusat præbendam potest, officia dimittens. Vtrumque autem dimittere, & loco illius aliam pinguiorem præbendam optare, non est concepsum. Quia haec præbenda exigunt speciale formam in prouisione, & speciales qualitates in persona prouisus, ob quae optari nulla ratione possum, neque optata dimitti, vi loco illatum aliae subrogentur: sic Nauri. cons. 22. sub. tit. de præbendis. & dignitarib. in antiquis. & cons. 14. sub. tit. de rebus Ecclesiæ non alienis non novis. Garcia s. p. de benef. cap. 4. a. num. 150. & seqq. Gonzalez de regulis mensuris. gloss. 34. num. 78. & gloss. 34. a. num. 72. Garcia s. p. de benef. c. 1. n. 45. 2. & pluriib. decimobus Rota confirmant.

9. Sed quid si optasti aliquod beneficium, cum non possit optare, vel quia beneficium erat reseruat, vel tu impeditum in optione etas alii titulo? Respondeo te obligatum esse beneficium optatum dimittere, cum primum agnosceris impedimentum, ut de te constat. Ad beneficium dimissum redire poteris, si nullum in optione, aut beneficio ioptati retentione colpis compliciti, focus in his culpabiliter extitisti: haberet expedit cap. si benefic. 20. de præbend. in 6. Gonzalez plures retinent gloss. 34. num. 84. Verum si impeditum opandi nascitur ex eo quod beneficium à te possit, non recte possideatur, ob quam causam illo priuatis, beneficium optatum retinet non poteris (nisi iure triennalis possessionis defensari) quia causa titularis optionis, & omnes illi qui ratione sui priuilegio obtandi vili fuerint, illud amittere debent, & ad suis pretiis beneficia redire. Quod sublatu fundamento rotum addicendum eruit, leg. egri tecum 26. ff. de except. rei iudicata. leg. v. et. 1. ff. de pignorib. & pluriib. exornat Gonzalez gloss. 34. a. n. 28. & gloss. 34. a. n. 92.

10. Deinde ut reseratio firma perficitur, derogat Pontifice ultra consuetudines immemoriales opandi priuilegia etiam in limine erectionis concessa, & indules apostolica circa ea. Quæ utrba credo idem significare, sed maioris claritas quia apponit

apposita esse. Nam Gonzalez gloss. 33. à num. 10. dicit privilegium distinguere ab indulto ex eo quod privilegium sit noua contra iure communis regulas specialis concessio, competens personis, que alia iure ordinario beneficia conferre non poterant. Indulmentum vero sit impedimenti beneficium conferendi remoto absque villa facultatis concessionem, cum detur personis aliis habentibus facultatem immibi non probatur; quia existimata reteratione concessionem induit ne quaquam tolli, ut pote quae est lex generalis, sed illa reteratione perseverante facultatem concedit beneficia prouidentia, ac si reteratio non adfueret. Sed quidquid sit de hac distinctione, omnino certum est, quodcumque privilegium, seu indulmentum apostolicum datum, ut beneficia reterentur optati possit, ex vi huius regulae tolli, penitulque derogari. Insuperque derogantur qualibet conuertitudines etiam immemorales, & qualibet privilegia, seu indulta apostolicae de supradictis beneficiis reteruntur disponendi. Quia illa dictio coniunctiva ac, non solum refertur ad indulta, & privilegia, sed etiam ad conuertitudines immemorales. Tum quia tali dictio adiungetur illud verbum etiam quod dispositionem auget. leg. seq. 35. gloss. 2. à num. 24. Garcia. 5. p. de benef. c. 1. num. 667. Adiectio tamen sub hac derogatione privilegiorum, & indulmentorum non comprehendit privilegia concessa disponendi de beneficiis, ac si iure fundationis vere illis dispositio competitoret, quicunque fuerint coassa Marchionii Astoriensis, & Ducis de Alia. Nam cum iuri patronatus et fundationis competens hac regula non derogatur, neque etiam privilegium illius naturam segnatur. Idem credo de privilegiis pro limitato tempore concessis quia haec reputantur gratiae modici praividicij & sub derogatione generali non continentur.

11. Additur insuper ad maiorem reservationis firmitatem, cum derogatione derogatoris, & in oitis clausulis, quibuscumque personis, & collegiis concessa, &c. De quorum verborum officia optimè tractat Gonzalez a gloss. 35. & seqq. illum videt, & a nunc omittit, quia quae aliquam difficultatem habent, traxi. de legib. disp. de illius derogatione. & disp. de priuilegiis, explicata sunt.

P V N C T V M XXIII.

Explicatur gratia alternativa in reg. 8. Cancellaria concessa.

Secedit secunda pars nostræ regulæ, quæ de gratia alternativa loquitur. Voco gratiam alternativam facultatem Episcopis concessam prouidenti de beneficiis alternativis cum Pontificis, ut Pontifex lex mensis habeat sibi referendis, sed dictos, & totem ordinariis relinquat. Pontifici namque in alternativa reteruantur sunt. Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, November. Ordinariis conceduntur Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, October, December. Pro huius gratiae explicatione quaque examinanda sunt. Primo, quibus, & que gratia concessa sit. Secundo, sub quibus conditionibus sit concessa. Tertio, quæ beneficia comprehendant. Quartò, a quo tempore effectum habeat. Quinto, quando gratia alternativa esset.

S. I.

Quibus haec gratia alternativa concessa sit.

1. Sibi Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis haec gratia concessa est.
2. Qualis sit haec gratia alternativa.
3. An Iunius & December concessi in alternativa? Probabiliter & non concedi.
4. Ordinariis sive residet, sive non, in supradictis duobus mensibus prouidere posse.

Circa primum certum est solis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis hanc gratiam concedi, quia ipsi tantum exprimuntur sub dictione taxatua dimitata. Ibi. Insper sanitatis sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta. Ipsius quantum apud Ecclesiæ, & diocesis suas res. & personaliter resedent dimitata. &c. Dicton enim dimitata, non solum ad residentiam, sed potius ad personas, que obligantur residere, quibus gratia concessa est, refertur. Ergo non licet gratiam extendere ad non expressos. Præterea quia solum concessio alternativa pro beneficiis, quæ sunt de libera Episcopi collatione. Ergo quæ ad alios pertinent, sub hac concessione non comprehenduntur: & ut indubitatem supponit doctores. Gonzalez ad reg. mens. gloss. 42. à num. 1. Garcia de benef. 5. p. cap. 5. num. 683. Ex quibus fit, nec capitulum sed vacante, neque alios ordinarios collatoris hac gratia alternativa vel posse, ut in una Segobieni canonicit. 1. 4. Nouemb. 1588. Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

coram illustrissimo Cardinali Plaro refert Garcia supra n. 683. decimus esse.

2. Quanta sit haec gratia, seu qualis sit confit ex verbis regulæ. Cum enim ordinariis secula haec gratia solum reliqui essent liberi quatuor menses, Martius, Iunius, September, & December, in quibus de beneficiis alijs non referuntur libere prouidere possint, per hanc gratiam sex conceduntur, Iunius, Augustus, Februarius, Aprilis, October, & December, conceduntur ex mensibus Pontificis, Februarius, Aprilis, Augustus, & october, aduersat tamen Pontifex, & sibi referuntur Martium, & Septembrem, qui à Prima reteruatione liberi erant, & ordinarii concessi. Hac gratia alternativa non tollit primam reteruationem octo mensibus sed illa durante aperit viam prouidendi de referentiis sub illa conditione, & qualitate residendi. Quia cessante & vius alternativa cessat, & intrat reteratio. Alijs non iure reteruationis, sed iure devolutiōnis Pontifex beneficia prouideret, quod non est admittendum, ut ex Cassiodoro decis. 8. num. 10. de prabend. & ex stylo Cancellarie comprobatur Barbo 3. p. alleg. 13. num. 50. Quod si diccas superflue reteruationem sex mensibus in concessionem alternativam factam, si prima reteratio octo mensibus perferuerat. Facile respondetur ad dictum esse, quia duo menses, scilicet Martius, & September, de reteruantur.

3. Difficultas est, an Iunius, & December, qui tam in generali reteruatione, quam in alternativa competunt ordinarii; eaque de causa vocantur menses fixi; concessantur concessi in gratia alternativa; Nam si in ea conceduntur, non videtur posse ordinariis beneficia illi duobus mensibus vacantes prouidere, nisi vere, & personaliter residet. Quia haec est conditio (ut dicimus) pro viu alternativa exigenda. Quod vero in facultate alternativa concessantur, & sub eisdem conditionibus, videtur manifestum, cum sub eadem clausula, tenoreque verborum, qua Februarius, Augustus, Aprilis, & October conceduntur, & Iunius, & December concessi sint. Adeo si Iunius, & December per facultatem alternativa non concederentur, ut quid ibi cum aliis fuerint expressi? Quod vero secula alternativa ordinarii competant, non tollit quoniam per alternativam concedenda, conceduntur namque sub onere residendi, quod onus recte illis mensibus imponi poterat; quia deno duo concedebantur, & lucro duorum mensibus compensabatur obligatio residendi in omnibus sex mensibus, & peccata imposita amittere ius concedendi, si non residet; cui obligationi ipsi ordinarii voluntarie consentient acceptando alternativam: & ita teneat Gonzalez gloss. 43. n. 116.

Contrarium defendit Garcia 5. part. de benef. cap. 1. n. 560. affirmatque supradictos duos menses, Iunium, & Decembrem, non concedi in alternativa, estibi apponuntur quasi per accidentem, & gratia solum demonstrationis, non gratia nouæ concessio, cum iam fuerint concessi iure ordinario, neque obligationem residendi per alternativam petram illis impositam esse: quia haec obligatio solum annexatur mensibus per alternativam de novo concessis, non illis, qui iure ordinatio competit. Tertius vero per alternativam non concedantur, ea potest esse ratio, quia alternativa removet obstaculum reteruationis Cassiodor. decis. 8. num. 6. & 10. de prabend. & decis. 4. num. 2. de priuilegiis, & multis allegatis docet Gonzalez gloss. 42. num. 13. Sed in illis duobus mensibus nunquam intravit reteratio. Ergo illi duo menses in alternativa concessione non intrant. Adeo in illis duobus mensibus poterat ordinarius ex facultate à iure communis sibi concessa prouidere beneficia illis duobus mensibus vacantes, quia reteruata non erant. At haec facultas acceptatione alternativa non videtur impedita, cum per alternativam reteruantur. Et haec sententia mihi veteri appetere, quam etiam approbat Barbo 3. p. alleg. 13. num. 44.

4. Ex quo infero ordinarium sive residet, sive non residet, posse prouidere beneficia vacantis mensibus Iunij, & Decembri. Quia non prouidet vigore alternativa, sed ex iure ordinario per alternativam non derogato. Nam licet in alternativa illi duo menses simul cum aliis concedantur, illisque annexatur obligatio residendi, ut alternativa locus sit; non inde cogitur ordinarius facultate alternativa viri, cum possit vir ea, que sibi a iure conceditur. argum. texius in cap. licet. in corrigendo. 12. de officio iudicis ordinarii. & cap. cum aliquib. 4. de rescript. lib. 6. Denique in concessione alternativa reteruit Pontifex ex octo mensibus sibi aliquoquin competentibus quatuor, quos nullo modo ordinariis quantumvis residentibus communicavit, videlicet Ianuarium, Majum, Iulium, & Novembrem. Quid ergo mirum quod ordinariis ex quatuor sibi competentibus duo reteruantur abesse residentia obligacione?

* *

§. II.

Sub quibus conditionibus gratia alternativa concedatur.

1. Unica est conditio sub qua conceditur, nempe residentia apud Ecclesias, seu dioceses suas.
2. Episcopus absens a diocesi, etiam si prope sit, & cito reuersurus vi alternativa non potest.
3. Si timore mortis, vel violentia a residentia impediari non impedivis ab via alternativa, aliqui sentiunt. Sed contrarium est probabilitas.
4. Episcopus acceptans alternativam non potest posse prouidere beneficia vacancia mense Martij, & Septembri.
5. Proponitur quedam obiectio, & sic illi satis.
6. Episcopus residens in fine Februario, esto a principio non resideret, potest beneficium prouidere vacans tempore quo resedit.
7. Acceptans alternativam illa vi potest a punto acceptationis recognoscere.
8. Episcopus residens transeunctor, & cum animo diuertendi, vi potest alternativa.
9. An residens in loco exemplo intra diocesim contento, censematur in diocesi residere ad effectum alternativa. Proponitur affirmativa pars.
10. Negativa est probabilitas.
11. Existens in loco suis diocesis contento intra terminos alterius diocesis (at facit obligationi residentia per hanc regulam expostula).
12. Proutus ab ordinario vigore alternativa tenetur probare non solum alternativam, sed etiam residentiam.

Ita secundum, sub quibus conditionibus haec gratia alternativa concessa Episcopis sit. Respondeo unica esse, scilicet veram, & personalem residentiam apud Ecclesias, seu dioceses suas.

Ex qua conditione infertur Episcopum absentem a sua Ecclesia, vel diocesi, cum beneficium vacat, vi non posse alternativa: eo quod solum pro tempore verae, & personalis residentia concedatur. Quod verum est, etiam si prope habeat diocesim, & cito sit ad eam reuersurus, & ex causa legitima absenterit. Nam haec non infertur veram, & personalem residentiam, sed solum motalem, fictam, & a iure approbatam, iuxta Trident. fess. 2, cap. x. de reformat, ibi, quoniam autem aliquantum ratione absens, ex veterum canonum sententia non videtur absens, quia statim reuersuri sunt, & cap. ex parte, cap. ad audiencem de clericis non residentibus, & ita teneat, alios referentes, Gare. de benef. 54. c. 1. & num. 44. Gonzalez gloss. 43. & num. 11, Barbo. 3. de potest. episc. alleg. 53. num. 54. referuntque casum singulatum contingente in Ecclesia Segobiensi. Nam anno 1603, aderat ibi Maximilianus de Austria eius Episcopus gaudens alternativa, qui profectus est in domum Seutiae, ad visitandum Regem Philippum III. Tum quia cognatus, tum ut gratias ageret, quia cum ad Episcopatum Compostellanum elegi: ratu: duobus tantum diebus, videlicet 13. & 14. Aprilis, ex hac ratiōne occasione a sua diocesi, & Ecclesia absens, quo tempore beneficium vacavit, & reputata prouisionem sibi competere, contulit D. Hieronymo de Padilla suo vicario generali, posita a Pontifice alteri proutius est vii referuntur: quia vacauerat in dicta absenzia. Hinc otia fuit controvergia, & perduta ad Rotam, ibique discussa, & tandem resolutum fuit pro maiori parte dominicorum 26. Martij & 604. non esse locum alternativa, sed potius referuntionis. Neque obstat illa verba regula apud Ecclesias, seu dioceses suas, quae videntur indicare sufficiens esse prope Ecclesiam, vel diocesim existere; quia illa propositio apud, non pro proprio, sed pro in, vel intra sit desumenda.

Quid si coactus timore mortis, vel violentia impeditus a tua Ecclesia, vel diocesi absfueris? Respondeo Gonzalez in presenti gloss. 43. num. 200. alternativam non impedit? quia non est iustum, vt alternativa prius non ob residentiam, quae tibi est impossibilis: fauere textus in element. x. de foro comp. ibi. Episcopo maliciose impedit diocesum propriam ingredi, conceditur potestas exercendi Pontificis alia, aliisque ad iurisdictionem pertinentiam in loco fecero vicinius sua diocesi. A fortiori ergo debet concedi beneficia conferendi. Sed contrarium probabilitas apparet. Quia negari non potest te in supradicto casu vere, & personaliter a tua diocesi absens, sed alternativa conceditur, quādū ab ea non absens. Ergo in supradicto casu coelat concessio. Neque obstat tibi esse impossibile personaliter residere. Nam ego impossibile sit, illud sufficit: quoniam alternativa sub conditione personalis residentia concessam non coaequaris. Neque virget textus in element. x. de foro competenti, immo potius ex eo desum potest argumentum ad nostram sententiam confirmandam, siquidem secundo illo textu non tibi esset licetum iurisdictionem contentiosam in aliena diocesi exercere contra voluntatem diocesani, quantum-

uis impeditus essem propriam diocesim ingredi; quia à iure impidebaris, necessariaque sunt facultas in supradicto texu concessa, & ea iurisdictione vi possis. Cum ergo nullibi habeatur vi posse facultate alternativa vi absentem à diocesi etiam involuti. sit sane in hoc casu non esse locum alternativa. Gare. 5. p. de benef. c. 1. n. 473.

Secundo infertur Episcopum acceptationem alternativam non posse illius acceptationem prouidere beneficia vacanta in mense Martij & Septembri, sive residens, sive non resideat. Quia illi mensis esto ordinatio, competenter flosci alternativa, at illa acceptata sunt Pontificis; nequit ergo ordinarius se in illis intromittere, pricipio cum in eius voluntate suum non sit alternativam acceptatam dimittere, vt late tradit Mandol. conf. 18. n. 8. ad medium. & legg. Putens decr. 11. n. 2. lib. 3. Achil. decr. 2. n. 3. Super reg. de modicandis iudic. & alias posset episcopus prouidere in mense Februario, & Augusti virtute alternativa, & in mense Martij, & Septembri ob illius quasi diminutione, & sic alternativa occasio est non residendi, & prouisiones apostolicas defraudandi, quod nequam est concedendum, vt bene probat Gonzalez gloss. 43. & 206. & 134. Aloysius Riccius in praxi fori ecclesiast. decr. 1. num. 684. in 1. edit. & 682. in 2. Batibos 3. p. de potest. episc. alleg. 36.

Dices, mensem Martii, & Septembri esse Pontificium, & referuntur durante alternativa; at cum hie cesset, ex quo Episcopus vere, & personaliter non resedit, intrat regula relectoria, mensium, in qua regula Martius, & Septemb. relectari non sunt. Ergo poterit in illis prouidere, sic docuit Rota in vna Salmonen, canonicus coram D. Gantio 4. Martij 1583, quam refert, & sequitur Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 688. Anastas. Germon. de iudicatis Cardinalium. 5. volumen, num. 18. Franciscus Leo in theatro fori Ecclesiast. cap. 16. num. 4. Limita autem Garcia, ut procedat casu, quo mense Februario, & Augusti Episcopus alternativa vi non posset; nam si illa vi potest, non poterit absens in mensibus Martij, & Septembri prouidere.

Sed faciliter supradicta obiectio respondetur. Et in primis limitatio Garcia est sua fundamentum, & solam exiguitam ad euidantum abfudum, quod ex eius sententia infertur. Nam si alternativa cessat ex qua Episcopus vero, & personaliter non resedit, quo textu, aut qua ratione haec cessatio impedit ut residentiam mensis anterioris? Dicendum ergo est alternativam quod proprietatem nequam cessare ob non residentiam; esto esset, quod illus vides; quia vides illius non conceditur, nisi dum est residentia, ex cessatione tamen vides alternativa, cum ipsa non esset, non intrat regula relectoria in mensium. Ergo non potest ordinarius in illis mensibus prouidere. Neque obstat decisio Salmon, allegata a Garcia, quia ab illa decisione recepsit Rota in alia Salmon. alternativa. 14. Maii. 1610. coram D. Lancl. quam, & alias decisio adducta Aloysius Rice, & Gonzalez ubi sup. Item neque obstat alternativa in gratiam Episcopi concessam redundare in eius dispensum absque eius culpa. Et quidem contingere potest, vt ex causa urgenti absens sit à diocesi per eorum annum. Siigit in illo prouidere non potest beneficia vacanta in 4. mensibus alias non reservatis, sicuti possunt alii non gaudetis alternativa, cum non possit vigore alternativa in aliquo mense prouidere; officiis fane gratiam alternativa illifore damnum. Non inquam obstat; quia illis conditionibus illam voluntarie acceptavit.

Tertio infero episcopum residentem in fine mensis Februario, etto absens fuit in principio illius, post vigore alternativa prouidere beneficium vacans tempore quo resedit. Quia vides alternativa concessa est quādū resedit, quod ad diem, & horam referendum est. Alias si residentis in eis mensis necessaria esset, vt facultate alternativa episcops in posset, lequerere beneficium vacans in principio mensis februario, in quo episcopus resedit, non posse ab ordinario conferri, sed necessaria debet expectare, an forte eius praefatio totu: mense durauerit, quidem illa praeterea pendet an beneficium referuum, vel non referuum sit. Quod si dicas bene posse ordinarium tale beneficium conste, & collationem validam esse, non rescindam, quia fuit de tempore habili: & est illi alteri praesertim, vt ex decepcione Papiensi 10. Aprilis. 1617. dicit Barbo allegat. 1. num. 55. Hinc manifeste infertur, tale beneficium liberum esse, neque eius libertatem pendere esse ex futuro cuento residentia, vel non residentia; sed punctum vacationis spectandus esse pro eius referuntio, vel libertate, vt ita alii relatis probat Gonzalez in presenti gloss. 43. quæst. 5. num. 41. Garcia 5. p. de benef. 1. num. 693.

Neque obstat quod Rota in vna Fauentia canonicus, 16. Decembri 1585. quam supradicti doctres referunt, explicavit adverbium illud quādū, non diebus mensis, sed mense integrali referendum esse, quia loquitur de mense septembri, qui itaque alternativa integraliter est referenda.

Quarto infero acceptantem alternativam in mense Februario, posse illa vi a punto acceptationis recognoscere; quia

ab eo tempore gratia conceditur, & constat ex illis verbis regi. Quibus ab eo recipi, & recognitis tunc demum, & non ante vii incipiatis gratia supradicta. Neque obstat alternatiua non esse concessam in principio mensis, ac proinde mensem esse referatum; quia est referatum quod dies, in quibus alternativa non erat concessa, caruit tamen reservatione à punto acceptationis, & recognitionis. Et non est inconveniens aliquem mensem reservatum esse, & non referatum secundum diuersos dies, vt patet manifestè in mente, in quo minor Pontifex, & aliis non eligit; quia tunc à punto mortis cessat reservatio, etiam mensis in principio reservatus fuerit. Et idem est si ordinarius eligeretur in Cardinalem in medio mensis, cessare à punto electionis reservatio, & consentaneum Garcia, & Gonzalez supra.

8 Quod infero Episcopum residentem verè, & personaliter mente Februario, Aprilis, seu alio per alternativam confessio, citò residetur transirent, & cum animo diuerdant, gaudent alternativa illi tempore, & beneficia tunc vacante prouide posse; quia alternativa conceditur, quandiu est vera, & personaliter residetur; quia certe non tollitur ex animo citò residetur: si enim absentia breuissima à diecensi sufficiens est alternativa vnum impedit; quia verè, & personaliter abes à diecensi, cur non praesentia breuissima sufficiens erit alternativa vnum concedere; si quidem sola vera, & personaliter praesentia expostulatur; Allegare autem esse expostulatum presentium continuum procedentem ex animo permanendi, videtur sine fundamento. Tunc quia regulæ verba id non indicant, Tum quia alternativa, quae referuntur locum, & res ad terminos iuriis communis reducit, fauorabilis est, & amplianda; & ita absolute tenet Garcia s. p. de benef. cap. i. num. 70. & in eam propendit Gonzalez gloss. 4. num. 17. & 178. Solum obstat, quod sepe à Rota contariuntur furet decimus, ut ex multis diectionibus Rota, quas supradicti doctores referunt, videtur potest. At ut ipsius doctores notant, iam Rota incepit ab ea sententia recedere contenta vera, & personali præsentia, sine permanenti fuerit, sive non.

Denique pro explicacione huius conditionis triplex restat difficultas examinanda. Prima; an Episcopus residens in loco exempto intra diecsem contento censatur in diecensi residere ad effectum alternativa; Secunda, an econtra existentia in loco tunc diecensi contento intra terminos alterius sufficiat pro residencia? Tertia, an prouisus ab ordinario vigore alternativa in mensibus aliis referatur, teneatur contra prouisum Apostolicum probare non solum acceptationem alternativa; sed etiam Episcopi residenciam in diecensi?

9 Circa primam difficultatem Gonzalez gloss. 43. quest. 7. n. 137. affirmatorem patrem tuerat ea motus ratione; quia locus sic exemplus est à diecensi, & ad diecsem pertinet, vt probat text. in cap. cum Episcopi, de officio ordinari, lib. 6. & element. 2. § simili modo, de privilegiis, dicitur enim in iiii textibus posse Episcopum in quouis loco sua diecensi pro tribunali sedete, excepto loco exempto. Ergo locus exemplus ad diecsem pertinet. Alius non exciperet à regula primo posita, & tradit Glossa in elem. 1. de foro compet. verb. aut earum parti, vers. quod si in aliquo loco diecensi fuerit exemplum, Roland. conf. 53. num. 7. vol. 3. & alii. Praeterea in hac loca, & personas exemptas sua diecensi potest Episcopus iurisdictionem in pluribus causibus exercere, vt conflat ex cap. 1. de privilegiis. lib. 6. & ex Trident. sess. 7. cap. 8. & sess. 2. cap. 8. & 24. cap. 9. & 11. de reform. Episcoporum exemplus non solum materialiter, & quod sitam est de diecensi, sed etiam formaliter quod illius iurisdictionem. Addit residentiam petitanam in alternativa odiolam esse, & restrainingam, quia est gravamen à iure communii alienum. Ergo qualiscumque residencia in diecensi sufficiens esse debet, sed locus exemplus est in diecensi quoad situm, & quoad iurisdictionem sepe. Ergo sufficit residencia in illo quoad hunc effici gaudendi alternativa.

10 Verum probabilius censeo oppositum cum Garcia s. p. de benef. cap. 1. num. 704. Quia locus exemplus ideo vocatur exemplus, quia exemplus est à iurisdictione, & potestate diecensi, inita cuius diecsem continetur, ita ut ibidem existens neque ligare legibus, & statutis possit, neque ibi delinquentes, commotantes puniri, reputari namque quod gubernatorium, ac si extra diecsem existentes, vt pluribus firmat Felin. in cap. graue. num. 2. de officio ordinari. R. l. conf. 14. a num. 23. volum. Ludovic. Gomez in §. statut. cap. 2. de constitut. in 6. num. 8. & alij. Sed residencia in diecensi ea de causa expostulatur in alternativa, vt Episcopus tamquam pastor oves proprias suis legibus, & statutis regat, illisque afflita. Cum ergo existentes in loco exemplo oves propriæ non sint, neque illas ingerere possit; effectus sine illam residentiam non esse in alternativa expostularam. Neque obstat aliquibus causibus esse diecensi committant potestatem in locum, & personas exemptas, quo minus locus exemplus, & persona illius verè, & absolute exempli dicantur; quia illa subiectio rata est, & singulis, & leges frequenter contingit, & modum ordinantium procedendi respiciunt, illo tamen casu occurrente si ad exercitandam suam iurisdictionem in illo loco exemplo existaret,

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

credo sufficienter tunc in diecensi residere, quia iam residet iurisdictionem exercens, & consequenter. vt superior regens subditos, & tanquam pastor proprias oves agnoscens.

11 In secunda difficultate aliquid posset residentem in loco illo intra alienam diecsem existente non satisfacere residencia in hac regula expostulare. Quia residencia, qua ibidem expostulatur, est ad minus illa, qua sit satis obligatio imposita ratione officij residendi, de qua Concil. Trident. sess. 2. c. i. de reform. Sed negati non potest huic obligationi non fieri fatis residencia in loco ita remoto à diecensi, si quidem diecsem inde rectè gubernari non potest. Ergo

Nihilominus ad effectum alternativa credo talem residenciam sufficientem esse, tradit Garcia s. p. part. de benefic. c. 1. n. 704. & testatur a facia congregatione lic declaratum esse in favorem Maximil. de Austria Archiepiscopi Compotellani, qui aliquo tempore in quadam parochia Zamorem, ciuitatis refedit, ob quam residencia non fuit prius nisi alternativa. Ratio esse potest, quia alternativa conceditur Episcopo verè, & personaliter in sua ecclesia, vel diecensi residenti tempore quo beneficium vacat, vt dictum est, sed hic residens, vele in diecensi residet sua quando beneficium vacat, cum residet in loco illius, in quo iurisdictionem contentiolem exercere potest. Ergo Neque obstat hac residencia non satisfacere obligationi residendi, si longo tempore continuetur, hoc enim non reflatur quoniam verè, & personaliter in diecensi residet, & vium alternativa habere possit, alias residens in loco remoto, continuo ramen sue diecensis, & in commodo regimini non gaudet alternativa, quod sine fundamento dicitur. Stat enim optimè aliqua residencia, si continua sit, non satisfacere Episcopum obligationi residendi ad effectum gubernandi Episcopatum, satisfacere tamen obligationi residendi ad effectum gaudendi alternativa. Quia ad effectum gubernandi Episcopatum opus est permanenti residencia in Ecclesi cathedrali, & in locis praecipuis ad effectum vertendo gaudendi alternativa sufficit bicus, & momentanea residencia in qualibet diecensi parte tempore vacationis contingens.

12 Pro tercia difficultate, an prouisus ab ordinario obligationem habeat probandi non tantum alternativam, sed residenciam in diecensi, est aliqua ratio dubitandi, qua à tali obligatione cum videat excusat. Cum enim Episcopus in sua Ecclesia, vel diecensi debeat existere ratione officij, & muneric fibi impensi, & nemo presumendas sit à sua obligacione deficer, sed potius presumit satisfacere, effectu sanè Episcopum presumendum esse in sua Ecclesia, vel diecensi existere; quia ibi presumit quis residet, ubi residencia haber obligationem, vt aliis relatis tradit Menoch. de presump. lib. 6. presump. 16. n. 4. & Mafcard. de probat. concil. 5. num. 5. & concil. 127. num. 1. & 2. Tiraguel. in leg. comuniabili gloss. 8. num. 30. & 31. Ergo prouisus ordinarius obligationem non habet probandi residentiam sui Episcopi tempore vacationis; si quidem pro se habet iuris presumptionem qua est liquidissima probatio.

Nihilominus tenendum omnino est obligatum esse prouisum ordinarium probare non solum alternativam, sed etiam residentiam veram, & personaliter Episcopi tempore vacationis. Gonzalez glossa 43. num. 52. & seqq. Garcia s. p. de benefic. cap. 1. num. 502. & testatur, si sepe à Rota fuisse decimus. Ratio ea est, quia vt Episcopus ut possit alternativa, non solum illam acceptare debet, sed etiam in diecensi residere tempore vacationis beneficii. Ergo fundans se in alternativa non solum illam, sed residentiam probare tenet, cum absque residencia nullus iuris iuris est alternativa. Neq; ab hac probatione excusat ex presumptione iuris residencia, quia ius non absoluere presumit Episcopum temporis & quolibet momento temporis verè, & personaliter in diecensi residere, cum potius supponat plures causas virgines occurserit, quae ab residencia excusat, & per aliquot menses licentiam concedat, vt à diecensi absteat, solum enim presumit regulariter ibi adesse. At hac regularis, & communis residencia non sufficit ad vium alternativam, cum in ea requiratur expedita veræ, & personalis residencia de tempore vacationis. Ergo haec personalis residencia necessariò probanda est. Fatorum tamen huius personalis residencia non semper exactam probationem requiri, sed aliquam sufficere, vt si plene probates tempore proximo antecedenti vacationi Episcopum in diecensi residere, ex illa probatione consendus es probare residentiam tempore vacationis, eo quod non presumatur mutatio.

S III.

Ad quæ beneficia se extendit alternativa.

- 1 Comprehenduntur beneficia de Episcopi libera collatione.
- 2 In beneficiis, quæ sunt de prouisione Episcopi, & capituli, possitne alternativa innare. Propositum dubitandi ratio.
- 3 Si prouisio dñi sa. est per vicem, & beneficium vacat in mensibus alternativis. Episcopo competit illius prouisio. si est turmis Episcopi.
- 4 Si dimissio facta est per choros, Episcopus gaudet alternativa in sex mensibus.

V 2 § Quid

Tract. XIII. De beneficiis Ecclesiasticis.

232

- 5 Quid si diuisio facta sit per mensas?
- 6 Quid per annos?
- 7 Quid per hebdomadas?
- 8 Valet paclum, & concordia prouidendi beneficia per supradictos turnos.
- 9 Quia beneficia censeantur esse libera & collationis episcopi.
- 10 In his non tam proprietas, quam possessio spectanda est.

ITERTIUM, quod examinandum proposuimus, est, quæ beneficia alternativa comprehendit. Et dicendum est comprehendere omnia beneficia cum cura, & sine cura, regularia, & sacerdotalia ad liberam ipsorum episcoporum dumtaxat, & non aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem. Illa dicuntur ad liberam episcoporum si positionem pertinere, quæ episcopi abique alterius dispositione, elecione, præsentatione, confilio, conlenu, vel interuenient, aut alias prouidere potest, ut dicit Regula, & notat Gonzalez gloss. 45. num. 10. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 475. Quapropter beneficia, quæ episcopus conferre non potest, quia capitulum eligat, præsentet, vel aliquo modo cum illo disponat, non comprehendentur in alternativa. Quia non sunt de libera eius collatione: libera enim collatio dicitur, que solum à voluntate confessoris penderit, contingere tamen potest, ut beneficia collatio ad episcopum, & capitulum vel alium inferius insimil pertinere, electio vero, seu præsentatio soli episcopo competet: at ex tali concurrentia non impediret alternativa, quia prima beneficij prouisio, quæ attenditur libera est, alia ex illa necessaria sequitur, & notauit Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 733.

2 Difficultas etgo est, an in beneficiis quæ sunt de prouisione episcopi, & capituli possit alternativa intare, stante concordia inter episcopum, & capitulum quod prouisio si per turnos, iuxta cap. ultim. de præbendis, in 6. Et element. 1. de iure patronat. Et ratio difficultatis est, quia episcopus tunc non prouidet iure proprio, sed iure individuo, & communis competenti sibi, & capitulo. Ergo illud beneficium non est de sua libera collatione.

3 Pro resolutione præmittendum est, multipliciter hinc concordiam fieri posse inter episcopum & capitulum. Primo namque dividere possunt prouisionem per vices. Secundò, per choros, seu latera. Tertio, per annos. Sextò, per hebdomadas. Si prouisio diuisa sit per vices, hoc est ut una prouideat episcopus, alia prouideat capitulum, & beneficium vacet in mensibus alternatis, episcopo comperit illius prouisio, si tempore vacationis est turnus episcopi. Gonzalez gloss. 45. §. 1. num. 13. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. n. 709. referuntur sèpè Rota decimum esse. Ratio est quia illo casu episcopus abique interuenient capitulo prouidet beneficium. Et ego est de eius libera collatione. Neque tunc dicendum est, de iure communis confere: siquidem confert iure proprio vigore concordia. Nam ego radicale ius confideri communis Episcopo, & capitulo, ut concordia quoad exercitium, & vñm qui attenditur, diuisum est, ita ut integrè, & solidum vincatur qui competit in suo turno abique vlo alterius interuenient. Notanter dixi, si tempore vacationis est turnus Episcopi. Nam si est turnus capituli, cum capitulum alternativa gaudete non possit, non potest prouidere nisi vacatio contingat illis 4. mensibus ordinariis: Martij, Iulij, Septembr. & Decembri. Quapropter si vacatio contingat mense Februario, qui est alternatus, & Episcopus sit in turno, ad eum pertinet prouisio. Si autem capitulum est in turno, Papa prouidebit: quia sibi est referatum, eo quod beneficium tunc non sit de libera Episcopiallotione. Duo ego ad horum beneficiorum prouisionem concurrent debent, & quod prouidentur in turno, & quod beneficium vacet in mente sibi competit.

4 Si autem diuisio facta sit per choros, seu latera, ita ut beneficia vacanta ex choro dextro pertineant ad episcopum, & vacanta ex sinistro ad capitulum. Certum est Episcopum gaudere alternativa omnibus sex mensibus sibi concessis, si in illis beneficia ex choro dextro vacauerint. Capitulum autem prouiderit, si ex sinistro choro vacauerint in 4. mensibus à iure concessis. Gonzalez gloss. 45. §. 1. num. 36. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. num. 710.

5 Verum diuisione facta sit per annos, ita ut unus mensis competerat Episcopo, aliis capitulo, cum hec diuisio solum fieri possit circa illos 4. annos, ordinarios Martij, Iulij, Septembr. & Decembrem, quia reliqui sunt referuntur, ut alternativa interter, necessario in hac diuisione competere debent Episcopo Martius, & September, ut loco illorum illi Pontifex concedat Februario, Apriliem, Augustum, & Octobrem. Nam si Iunius, & December competenter, cum hi mensis non permittentur, sed fixi perficerent, Episcopus gaudere non poterit alternativa, alias capitulum perderet prouisionem sibi competenter in mensibus Martij & Septembri, qui sunt per alternativam referuntur. Gonzalez à num. 18. Garcia à num. 711.

6 In diuisione per annos facta claram est alternativam intrat posse illo anno, qui est de turno Episcopi, cum pro illo anno sit de libera illius collatione beneficium vacans, fucus de

illo anno, qui est de turno capituli, cum tunc ad Episcopum non pertineat prouisio. Gonzalez num. 15. Garcia num. 714.

7 At si diuisio facta sit per hebdomadas, aut dies nequam alternativa intrat potest, etiam comparatione Episcopi. Quia hec diuisio diuisio alternativa obstat. Diuisio namque alternativa est per mensas, sed duplex mensis Apollinaricus, & ordinarius in eadem hebdomada concurrete possunt. Ergo diuisio per hebdomadas obstat alternativa. Gonzalez & Garcia glossa. Quod si inquiras, quando turnus vnius cencetur consumptus, ut alius ucedat? Respondeo tunc censeri consumptum, quando effectum habuit, v. g. quando præsentatus institutus est, quando electus fuit confirmatus, quando prouisus prouisionem acceptationem ius in beneficio non acquirit. Secundo censetur turnus consumptus, si culpa ipsius prouisio effectum non habuit, ut quia culpabilitate inhabilitate prouidit, vel morosus fuit in prouidendo, ob cuius causam fuit facta ad superiorum denuntiatio: quia æquum non est, ut negligenta vnius alteri sit damnosa, cap. damnum. 86. de Reg. iuris, in 6. & latè hoc omnia prosequitur Gonz. gloss. 45. §. 3. per totum.

8 Sed est dubium, an valeat paclum, vel concordia prouidendi beneficia per supradictos turnos possit acceptare alternativam, vel tempore quo tractatur de eius acceptatione. Et ratio dubitandi est: quia licet validitate sit hæc concordia causa vivit, ut dicitur in elem. 1. de iure paron. & cap. fin. de præbendis, in 6. at in derogationem & fraudem sedis Apostolicae & refectionis illius non videtur valere posse. Tum quia dolus & fraus nemini patet, & rocamati debet. Tum quia inferior non valeat iuri. superius prædicatur, aut aliquo modo dominaret, cap. cum inferior, cap. quod super his, de maior. & obediencia, elem. de Romani. de electione. Quando autem concordia sit post concilium alternativam, vel tempore quo de illa tractatur, presumunt Episcopum velle iura Pontificis, & illius refutationes diminueri: si quidem beneficia referuntur ob regulam 8. mensium, facta concordia efficiunt libera ab illa refutatione ob priulegium alternativæ & iustum non est, ut talis concordia valeat ad effectum gaudendi alternativæ, nisi ex certa scientia à sede Apostolica confirmata sit; docet Gonzalez reg. 8. mensium gloss. 45. §. num. 72. Verius tamen est validum esse supradictum concordiam eo quod Episcopis, alisque prætentatoribus illam facere sit permisum. Neque detractione refutatio ei obtinet potest: quia est per accidens, & in consequentiā vñs ius proprijs ac prouide non fraudulentia, nec dolola. leg. nullus. 56. §. de Reg. iuris. & ibi glossa.

9 Intuper regula alternativa explicans beneficia libertatem collationis, ea dicit esse, quæ abique confessu, confilio, & interuenient capitulo Episcopis prouidere potest. Vnde è contextu beneficia, quæ prouidere Episcopus non potest abique alterius confessu, confilio, aliove requirito, non solum libera collationis, si quidem pendent ab aliorum actione, & licet aliquando ab his non pendent quod valorem collationis, hoc non tollit libertate collationis impedimentum, sufficit namque vi pendent quod debitus modum procedendi, ut latius Gonzalez gloss. 46. 47. 48. & 49. ubi bene explicat differentiam confessu, confessu, interuenient, licentia, mandati, & similium, & qua ratione ad valorem actus esse possit requisita.

10 Aduerto tamen in his non tam proprietatem, quam possessionem spectandam esse, si enim quis sit in quali possitione præsentandi, consenendi, consulendi, aliisfundi, aliave actionem efficiendi ad prouisionem requisitum est tamen quod proprietatem legitime iure caret, hoc sufficit, ut beneficium libertatem collationis non dicatur. Quia in iure confederato poris attendit possit, quia proprietas, ex textu expressa in elem. 1. cum elem. 1. cum Ecclesia Surina de causa possit. & eruditè tradit Gonzalez gloss. 45. §. 3. per totum. Garcia 5. part. de benef. cap. 1. n. 478. pluribus que Rota decisionibus comprobant. Et Addunt non requiri in his plenam, & integrum probatum, sed semiplenam sufficere, quia non agitur directè de pertinencia collationis, sed indirectè ad effectum alternativæ,

S. IV.

A quo tempore incipiat gratia alternativa effectum habere.

- 1 Incipit à punto quo acceptatio alternativa à datario fuerit recognita.
- 2 Qui modis, seruandus est in acceptatione huius alternativa.
- 3 An abique notitia alternativa possit validè, & licet illa vi sit? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Validè potes alternativa vi.
- 5 Illiciè tamen vñris, nisi moraliter sibi constet recognitio esse.
- 6 Stante verissimili notitia potes beneficium sub conditione prouidere.
- 7 Satisfice rationibus dubitandi num. 3. adductis.
- 8 Qualiter acceptationem alternativa probare senetur ordinarius, vel promis ab illo.

9. 49

9. An facta acceptatione alternativa possit illius paenitere? Proponitur dubitandi ratio.
 10. Pro decisione primitur quadam distinctione.
 11. Autem recognitionem paenitere potes, sed teneris non mere datarum.
 12. Si nuncius, vel datarius de revocatione monitus non est, firma perscrifta acceptatio alternativa.

Si de puncto, à quo incipit gratia alternativa effectum habere, loquar, dicendum est, illum habere, à puncto quo acceptatio alternativa per ipsum facta, recognita a Datario fuerit. Hanc acceptationem alternativa episcopus facere debet per patentes litteras manu propria subscriptas, sive signatae et in sua quaque ciuitate, vel diecensi.

1. Primo fieri debet ab episcopo liberale, quia nemo cogendus est gratiam acceptare, argument. legis, in iure, 69. ff. de Regal. iuri. Modus acceptationis est per patentes litteras, hoc est per litteras apertas, & de se manifestas, iuxta textum in cap. patentibus litteris, de privilegiis, & cap. primo de temporibus, ordinacionis, in 6. Et cap. 1. de officio ordinarij, in 6. Et Clement. I. §. no. in fine, de iure iurando. Ille igitur patentes litteras dicuntur, quae legi aperitique possunt ab aliquo signari, clausurisque illarum violatione. Cui qualitas non obstat, quod nodatiz, plicataque sint, aliquaque charta cooperata, colligunt ex legi, bac constitutissima, Codice de testamentis. Et leg. 1. & sequenti, si quemadmodum testamens aperiantur. Et notarii in presenti Gonzalez gloss. 59. in fine, Garcia 5. part. de benef. cap. primo, num. 488.

Practica huius patentes litteras debent esse manu Episcopi subscripte, quia subscriptione approbat acceptationem. §. 1. insitum de empione, & venditi. Et leg. si ita stipulatis, 126. §. Chrysostom. ff. de verbis obligationis. Probabile ramen est sufficere littera acceptationis manu propria scribere, si in ipsa scriptura dicatur manu propria scripta esse esto subscripta non sint, quia hoc descriptio sic expressa subscriptioni aquivales, praecepit in causa fauorabili, qualis est haec de causa alternativa; ut expresse probat textus in leg. cum antiquis, Codice de testamentis. Quod ies dicendum est, de notariis instrumentum consciente, in quo necessaria est subscriptio, tum ex stylo, tum ob virandam falsitatem, tertique praedictum, sic pluribus exornans Gonzalez gloss. 60. a. num. 34. Hoc intelligendum est, easu quo Episcopus subscriptoris posset: nam si daretur casus quo omnino impeditus esset manu alterius posset subscriptare, argumentum, Diu. ff. de integrum refit. & tradit. Rebuff. tract. de nominationib. quæst. 10. n. 15. Et seqq.

Vt ultra subscriptionem, ut omnis fraudis occasio viteretur, debet litteræ supradictæ sigillo proprio muniri. Illud autem dicunt sigillum proprium, ex quo signans cognoscitur, cap. inter dilectorum, de fide instrumentorum. Et cap. significavit, de appellacionib. Alijs, si ex signili impressione non est latis cognitis signillans, nullus effectus erit, ut bene dicat Abbas in dicto cap. inter dilectos, in 4. Elin. n. 5. Menoch. de presump. lib. 2. pref. 57. n. 3. Et de arbitriar. causa 118. num. 12. Quod vero haec litteræ patentes signilo episcopi magno, vel parvo ligillante sunt parum intercessit, cum regula solum expostularet signilo proprio munitas. Et hinc constat præcautionem testium, & subscriptionem notarii necessariam non esse, vt proposito quæ regula non expostulatur, tametsi convenienter sint, ut omnis fraudis occasio viteretur, & facilius à Datario recognoscatur. Item subscripti, & signillari debent haec litteræ in propria ciuitate, vel diecensi, ut sic residenzia expostulata in alternativa ab acceptatione incepit.

Litteras vero sic subscriptas, & signillatas transmittere episcopos tenet ad Datarium Pontificis, ad cuius transmissionem necessarius non est specialis nuntius sed suffici ordinarius, & generalis, quia ipse non acceptat, sed acceptationem defert, & ideo in regula nihil de modo transmissionis præscribitur. Et eadem ratione non requiritur, ut notius defertur haec litteras Datario, illici nomine episcopi praesentantur habeat speciale mandatum, ex eo enim, quod illi fuerint transmissa, de mandato praefumitur, & hoc sufficit.

Datarianus vero receptas litteras recognoscit; recognoscit namque an faciuntur conditiones supradictæ in illis seruatae: cum enim omnes illi sunt pro forma requisite, & cuiuslibet illarum defectus rotum subscriptum vixit, cap. cap. dilecta. de re scriptis, exinde Datarianus recognitionem facere tenetur. Modus autem faciendo hanc recognitionem est per testes à parte episcopi, seu illius qui litteras referit, Datario productos, qui deponere debent illam esse subscriptiosem, & signillum illius episcopi, qui litteras patentes transmittit. Aliquando haec diligenter necessaria non est, ex aliis instrumentis, & litteris, subscriptio, & signillum episcopi latis cognitum sit. De hac recognitione solet Datarianus fidem facere, & merito, ut clarus de recognitione constet, & litteres videntur. Facta recognitione nihil amplius requiritur, sed ab illo puncto, quo litteras patentes sub praedicta forma receptas, & recognitas sunt à Datario, episcopus gaudet alternativa, quia sic in supradicta regula caueatur. Quapropter, ut supra dixi contingere potest, ut unus, & idem mensis, &

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

vna & eadem dies sit reseruata, & non reseruata secundum diuerla tempora. Nam ante recognitionem acceptationis alternativa reseruata erat, facta recognitione tollitur reseruatio. Hac omnia, quia difficultate carent, breuiter perstrinxii, latius tradita à Gonzalez à gloss. 59. Et seqq.

3. Difficultas ergo est, an absque notitia alternativa recognitæ, possit alternativa beneficio vti? Videris nec vidente, nec licet vti posse. Non valde, quia alternativa est beneficium, & gratia, quæ firma non est, quoque notitiam illius habetas, ut tradit Bartol. in leg. fin. numero quarto, ff. de constitutionib. principiis, & pluribus exornat Menoch. de arbitriar. causa 185. num. 30. Et seqq. Thom. Sanchez lib. 3. disput. 36. numero secundo. Molina de Hispanor. primogenit. libro secundo, cap. 2. num. 98. & alij. Item per alternativam conceditur episcopo potestas de beneficiis alias reseruatis prouidendi: nam alternativa (ut saepd. est) non removet reseruationem abrogando, sed potius in ea dispensando, sed potestas, & iurisdicō de beneficiis prouidendi effectum non habet ante notitiam, ut docet Mandolius reg. 52. quæst. 25. numero quinto, cum aliis. Ergo neque alternativa. Deinde nec licet alternativa vti potes, antequam mortaliter tibi constet acceptationem illius recognitam esse à Datario. Nam vñq. ad illam recognitionem lege reseruationis adstringeris, sed contra legem certam præualetere non potest alternativa dubia. Ergo licet illa vteris, dum tibi non constat de acceptationis recognitione. Adde in vacacione beneficiorum non esse permisum vti verisimili notitia vacacionis, quia certa mortaliter requiritur ex reg. 27. Canell. Ergo similiter non erit tibi licitum vti facultate beneficia prouidendi ob verisimilem notitiam recognitionis alternativa.

4. Dicendum est primo valide te posse alternativa vti, antequam recognitionis illius habetas notitiam. Gonzalez gloss. 65. num. 20. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 764. & referunt à Rota aliquores fuisse decisum. Ratio defumitur ex ipsis verbis regule, quæ manifeste indicant alternativam competere episcopo cum effectu à puncto recognitionis: inquit enim regula, quibus, id est litteris, à Datario receptis, Et recognitis tunc demum & non ante vti incipiant gratia supradicta. Ergo ad sumum supradictæ gratia sola recognitio Datarii requiritur absque scientia recognitionis, alias Pontifex hanc scientiam, esse necessariam exprimeret.

5. Dico secundo illicite alternativa vteris, si ex coniecuris tibi mortaliter non constat esse Romæ acceptatam ob rationem dictam. Quia cum sis certus de lege reseruationis, ab illa te eximere non potes, nisi de exceptione etiam certus sis. Nam in easu equalis dubij lex reseruationis cum possidat, præualetere debet. Garcia 5. part. de benef. cap. primo n. 777.

6. Dico tertio, si verisimiliter præsumis Roma esse receptam, & recognitam alternativam, aut de recognitione dubitas, poteris beneficium vacans prouidere, sub conditione, si de facto Romæ recognita sit acceptatio. Quia ex hac prouisione nullum præjudicium Pontifici accrescit, & ex alia parte iure tibi per alternativam concessio vteris: collatio tamen habebit effectum, si vera fuerit conditio, secus si vera non fuerit. Provisus vero possessionem capere non potest, quoque conditionem appositam veram esse cognovet, ob periculum intrusionis, & ita caueret debet ordinatus in litteris collationis. Garcia supra num. 778. Et 779.

7. Ex his facile erit rationes dubitandi solvere. Ad primam admittit alternativam esse beneficium, & gratiam, nego ramen non valere ante notitiam illius; valet quidem; etio illo vti licet non possit; sufficit quod tuo nomine sit Romæ acceptatum, ut de factu sit cum suntius tuas patentes litteras Datario praesentat. Thom. Sanchez lib. 3. disput. 36. num. 6. Suarez de legib. lib. 8. cap. 25. num. 10. Et 15. Valq. 1. 2. disput. 156. & n. 30. Secundo respondeo alternativam non tibi concedi per recognitionem litterarum illarum acceptantium, quia per legem est iam concessa iis, quorum litteræ fuerint recognitæ. Cum ergo recognitio non sit alternativa concessio, sed conditio, ut concessio habeat effectum, posita illa conditione effectum habebit, tametsi illius non habetas notitiam; quia iam habes notitiam concessionis. Et hinc solvit secunda ratio. Concedo potestam prouidendi de beneficis exerceti non posse nec licet nec validè ante notitiam illius: nego tamen ante recognitionem acceptationis te non habere notitiam huius facultatis per alternativam concessam: habes equidem: nam si alternativa est solum temto reseruationis, iam habes notitiam ordinariæ potestatis, virtute cuius beneficium prouides. Si autem alternativa aperit viam regenerationi, concedens facultatem de beneficiis prouidendi, cum hac facultas debeat per legem sub conditione recognitionis, iam illius habes notitiam, esto notitiam conditionis non habes. Ad tertiam rationem de illicito vnu, constat ex 2. & 3. conclusione. Ad quartam admitto antecedens, non posse prouidendi beneficium, nisi constet vacans esse, quia ita caueret, & merito in supradicta regula de verisimili notitiae ne detur locus captanda mortis. At in presenti haec ratio non militat, cum iam constet de vacacione, & solum controvenerit sit de competencia prouisionis.

8. Secunda difficultas circa hanc acceptationem alternativam,

V 3. est

et qua ratione illam probare tenetur tam ordinarius illa videntes quam prouidit ab illo? Et si necessarium probacionem certum est. Tum quia alternativa est facultas, & prout legum. Prout legum autem non prouiditur. Tum quia expulsar plures solemnitates, & conditiones, quae ad factum perent, quae certe non prouiduntur, ut late Menochius de p. assump. lib. 6. p. assump. 14 per totam. Probanda ergo est alternativa primo per testimonium datum à Datario de literatur recognoscione: hoc enim plenissimam fidem facit nam ad hunc effectum prouidit soler. Secundo probatur per librum Datarij; quia in ipso huiusmodi acceptationes deservuntur. Tertio Romane probatur per fidem cuiuslibet notarii testantis in libro Datariae acceptationem esse descripam, quia non prouiditur fallere. Quarto probatur per testes, si deponant recognitione acceptationis. Item si deponant episcopum eis in qua possessione confederati vigore alternativa. Nam esto haec testificatio, sicut & illa que de publica voce, & fama deponeret, solum confirmans implementum probacionem, sufficit, ut prouidus ab ordinario proualeat, quia pro illo est prouidit. Si Garcia s. de benef. cap. 1. num. 49. Gonzalez gloss. 6. n. 28. & conductus que tradit gloss. 45. 8. 2. n. 49.

9 Tertia difficultas est, an facti acceptatione alternativa possit episcopus ponere, & se ad communem us reducere? Ratio dubitandi est: quia est gratia & beneficium, ut constat ex verbis regulae; ibi qui graviam alternativam, &c. Sed nullus tenetur gratia sibi concessa vti, sed illi edere potest. Ergo nec tenetur vti alternativa.

10 Pro huius difficultate decisione distinguenda sunt quo tempore, in quibus haec cessio, & renunciatione esse potest. Primus est ante recognitionem, & approbationem Datarij. Secundum post illius recognitionem.

11 Et quidem ante recognitionem Datarij certum est te penitente posse: quia ante illius recognitionem nihil tibi est concessum, sed tu procuras, concedatur: desistere ergo potes à procriptione, & tradit expressè Gonzalez glossa 63. à num. 21.

Solum est dubium, ad haec penitentia, & de acceptationis reuocatione tenearis Datarium, vel nuncium monere, ne littera à te misse etiam reuocata recognoscatur, & approbatur.

Non desunt doctores, qui sentiant te nullam huius reuocationis obligatum esse dare notitiam, sed eo ipso, quo acceptationem reuocas, manere cum effectu reuocatam. Quia iam non est voluntaria illa acceptatio, vel ut melius dicam, iam non est acceptatio, quae cognoscatur, esto fuit ante reuocationem.

Dicendum tamen est, te obligatum esse in conscientia huius reuocationis dare notitiam. Quia satis probabile est ex vi reuocationis nota intimata cesse acceptancem factam: cessante autem acceptance, si nuncius, vel Datarius non moneat, periculum est, ut littera nulla acceptetur, & Pontifex irritetur, & in suis prouisionibus pariatur detinatur. Ergo ob vitanda haec damna, obligatus es nuncium, vel Datarium de reuocatione monere.

12 Verum si antequam nuncium, vel Datarium de reuocatione monere, ipse Datarius litteras à te misas recognoscit, & approbat: conceso recognitionem, & approbationem acceptationis validam esse, non obstante reuocatione non intimata: sic optimè, & eruditè firmitate Gonzalez gl. 63. n. 48. motu ratione descendit textus in elem. 1. de renuntiis, vbi statutus cessionem beneficij tenere, quousque reuocatio illius fuerit intimata, ut illud, & variatio in personis ecclesiasticis viretur. Cum igitur ex non intimata reuocatione acceptance alternativa sequatur illud Datarij, & non leue Pontifici in beneficiis prouidens prædictum, dicendum est acceptancem alternativa firmare esse, quousque reuocationis illius fuerit data notitia. Cum vero vix facta reuocatione non intimata, non est acceptatio, esto fuit, negandum est quia acceptatio firma persicite, neque valet ab acceptance reuocari, quousque reuocationem notificer.

S. V.

Quando cesserat gratia alternativa.

- 1 Cessat, si ad alium episcopatum translatus sit.
- 2 Cessat morte Pontificis.
- 3 Cessat renunciatione illius, si à Pontifice acceptetur.
- 4 Cessat denique si in prouisione beneficiorum ad Pontificem pertinentium te intromittas.
- 5 Ad hanc amissionem requiriatur sententia declaratoria criminis.
- 6 An ad hanc amissionem alternativa requiriatur quod Pontifex, vel eius Datarius amissionem acceptet? Proponitur affirmativa pars.
- 7 Negativa est verior.
- 8 Si amissionem alternativam tenetur Pontificem monere.

9 Quoties ex ignorantia probabili beneficia reseruata prouida, non amittit alternativam.

10 Litterum quod circa hanc gratiam alternativam & explicacionem regulæ 8. Cancelaria explicandum propoluimus, est quando gratia alternativa acceptata, & recognita celles. Quia in re certa est cessate, si ad alium episcopatum translatus sit, solum pro illo acceptata. Garcia s. part. de benef. cap. 3. n. 48. Gonzalez gl. 58. n. 18.

11 Secundo est certum cessare alternativam morte Pontificis; si alternativa est quidam personalis contractus, & tua obligatio inter Pontificem, & episcopum, id est quod quibus percepitur extinguitur. Item morte Pontificis regulæ Cancelaria cessant, ut dictum est, & specialiter de hac regula, constat ex illis verbis, ad Ius voluntatis beneplacitum. Ego ceterat alternativa. Gonzalez separan. 17. cum Nauarr. confil. 31. n. 2. ad præbend.

12 Tertiò cessat alternativa renunciatione illius, si à Pontifice acceptetur: quia cum ex mutuo Episcopi, & Pontificis consenserit habita est, ex eisdem causis cessare debet, leg. nihil ipsam naturale. ff. de Reg. iuris. At Pontifex, seu Datarius non tenetur haec renunciationem acceptare, sed illam reiire potest, si causa legitima huius renunciationis non proponatur. Quia potius ex voluntate Pontificis, quam ex via alternativa extinzione, & dissoluzione penderet enim per alternativam in Pontifici quiescum, quod tu tollere, aut diminuere negas illi repugnante. Extincta vero alternativa, ex quod Pontifex, vel Datarius renunciationem illius ut te factam admisisti in libro Datariae, ubi episcopi acceptantes alternativam deserviunt ad marginem illius partis, vbi tu etiam scriptis, cessatio, seu renunciatione apponitur manu Datarii subscripta. Gonzalez gl. 58. n. 14. Et loq. Garcia s. p. de benef. cap. 1. num. 49.

13 Quarto & principiè cessat ipso iure alternativa, si episcopus se intromitteret in prouisione beneficiorum, que per hanc regulam, vel alias, sed Apostolica reseruata sunt, aut illorum prouisioni impedimentum quoquid modo præstiterit, ne debet effectum sequatur, sic expresse in supradicta regula.

14 Circa hanc cessationem, que est in panem d. lxxi commissi, est gravis inter doctores controvista, an episcopos capablebant se intromittere in prouisione beneficiorum reuocatorum, ita alternativam amitterat ante sententiam declaratoria criminis, ut non possit virtute illius beneficia in mensibus alternatis vacancia prouidere? Et omnis variis opinionibus, & quibus late egimus. Tract. de legib. dispat. de legi penal. & Criminante. Et tract. de fide. dispat. de paenit. temporalia heretorum, dicendum est ex doctrina ibidem fundata prouidere episcopum post beneficia; quia nullus tenetur esse executor gratis nisi sibi imposita; si autem ob delictum commissum obligatur sibi alterna vocatione abstinerre, obligatur sine posse panem posse in se exequi, quod est durissimum. Item in peccato benignior interpretatione, quod fieri potest, facienda est. Lig. interpretatione 42. Et ff. de paenit. c. in panis de regulis iuris 6. Ergo priuato alternativa imposta ipso iure delicto, explicit debet de delicto per sententiam declarato, & tradit Rota in via præcentoria. Vicen. 14. Decemb. 1592. cotam D. Bartolo relate à Garcia s. part. de benef. cap. 1. num. 741. Neque obstat, quod ibidem regula subiungit collationes virtute alternativa factas nullius est laboris, & momenti: quia eodem modo ciplicandam est, nullius inquam esse momenti, post delicti declarationem, fecisse ante illam.

15 Facta declaratione adhuc est dubium, an ad amissionem alternativam requiratur, quod Pontifex, vel eius Datarius amissionem approbet, & acceptet. Et ratio dubii est quia ea quae in favorem aliecius ipso iure annulantur, & irritantur, efficiunt non habent, quoque ipso iure annuit irritacione, ut videtur in contractu pupilli absque auctoritate turor, in alteratione rerum Ecclesiæ absque debita solemnitate, in emploitate committente caducitatem, & aliis pluribus exemplis congruit à Gonzalez gloss. 56. à num. 48. Sed haec alternativa priuata inducta est tum in odium Episcopi, contravenientia reuocationi, tum in favorem sedis Apostolicae. Ego abhinc huius consensu efficiunt habere non debet. Deinde si ex sola contravenientia per indicem declarata amitteret alternativam, facile tibi esset ab ea recedere, & ad mentes ordinatis redire prouidendo de referatis, & sic Pontificem illudces, & in illi questionis derogares, & ex tua malitia commodum reportares. Praterea, si absque Pontificis, vel Datarij sententi, & approbatione amitteret alternativam, & ea amissa ad mentes ordinarios redires, Pontifex defraudaretur in prouisione sibi debita; quia non prouideret in mensibus alternatis, eo quod ignoraret sibi competere, & deinde prouideret in mensibus ordinariis Matij, & Septembri, putans sibi pertinere. Ne igitur haec inconvenientia sequatur, dicendum videtur, amissionem alternativam non esse effectum habituram, quoque Pontifex, vel Datarius amissionem approbet. Et ex hac doctrina inferatur prouisum ab ordinario in mensibus Matij, vel Septembri, allegate non posse pro insufficienda sua gratia ordinariis amittere alternativam, ob contravenientem reuocationis, neque ipsius ordinarii.

ordinarium id ipsum allegare posse, quia non amittitur, quounque Pontifex, vel Datarius annuant amissioni.

7. Ceterum verius existimare hanc approbationem non esse necessariam, sed eo ipso quo declarat et refectionem violasse, alternativa priuaria cum effectu a puncto delicti commissi; sic docet Gonzalez ad reg. 8. *Cancel. gloss. 5. num. 124.* Garcia. 5. p. de benef. cap. 1. num. 746. Ratio est, quia satis hac voluntas Pontificis declarata est per legem: cum enim in praesenti regula dixerit episcopum refectionem contravenientem ipso priuatum existere grata, & beneficio alterparium, fatis sum voluntariam declarant. Vi quid ergo noua declaratione opus est? Secus vero procedit, cum in favorem alterius a legi iure annulatio est per legem inducta, quia tunc eius consensu praequeritur, cum per legem expellitur non sit.

8. Adierto tamen sic amittentem alternativam obligatum est Pontificem, vel eius Datarium de amissione monere, ne inconvenientia in ratione dubitandi propria infestant. Intervenit quecum non nomen, censeo te non posse in Mensibus Martii, & Septembriis alias ordinariis prouidere, quia cum Pontificis ignatas habent amissionis alternativa priuaci non debet facultate prouidendi sibi competere iuste refectionis. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. n. 749.

9. Secundo adierto, quod ex ignorantia probabili reseratione in intromitis in beneficiorum refectionum prouisione, & supradicta pena amissionis alternativa excusaris, quia haec persona gravem culpam supponit. *Glossa in cap. si beneficia de presb. lib. 6. verbo si culpa. Et in cap. cum venerabilis, de confund. in princ. Gonzalez gloss. 56. a. n. 128. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. n. 752.*

PUNCTVM XXIV.

Quæ beneficia ultra supradictas regulas refectioni subsint

1. Nulla est alia reservatio, nisi imposta in personam aliquorum delictorum, & qua haec sit.
2. Hac beneficiorum vacatio indiget delicti declaratione.
3. Beneficia deueluta, seu litigiosa non sunt proprie reservata.

1. Pateri supradictas reservationes nullam aliam inueniunt per legem faciantur, nisi illas, quæ apponuntur in personam aliquorum delictorum commissi. Ob crimen enim heretici vacat ipso iure beneficium, & sedi Apostolica referuntur ex const. Pij. V. quæ incipit, *Cum ex Apostolana data Roma 6. Kalend. Februario 1566.* Item vacat beneficium ipso iure, & sedi Apostolica referuntur ob eum sine nomine ex constitutione Pauli III. quæ incipit *Sanctissimus. Quod a fortiori procedit in simonia confidentiali,* ob quam non solum beneficium sic obtinetum, sed etiam omnia illa, quæ confidenciaris obtinebat tempore commissi delicti referuntur, iuxta constitutionem Pij. V. incipientem, *Romanus Pontifex, & constitutionem Pij. V. incipientem, Interrogator. Præterea beneficia parochialia, in quorum collatione secura non fuerit forma præscripta à concilio sedi Apostolica referuntur ex constit. Pij. V. incipiente. In conferendis. Deinde referuntur beneficia ob non factam publicationem reservationum, utrum formam præscriptam constitut. Greg. XIIII. incipiente. Humano via indicio. Item referuntur beneficia offenditum litigantes in curia Romana, & coram iudicis, ad vocatos, notarios, testes, & procuratores, ex constitut. Aleg. 2nd. V. I. quæ incipit, In eminencia. Item referuntur beneficia collata personis inhabibilis, ex aliquo privilegio a sede Apostolica concessio, vel ex statuto à Pontifice confirmatio, vt si est statutum à Sede Apostolica confirmatum, excludens à beneficio descendentes ex sanguine infecto, vel ex heretico condemnato, ut vero illic beneficium aliquod prouidere, nulla est propositio, & beneficium maneat Pontifici refectionatum: habeatur in constitut. 66. Greg. XIIII incipiente in ecclesia, sub data diebus Novembriis anno 1580. Item referuntur beneficia illorum, qui se ipsos pro aliis examinandos supponunt, vel pro consequendis beneficis annuas pensiones offertur, aut beneficia imperante pro aliis, ut ab eis aliquid consequantur, vel quando pro se ipso imperante beneficia cum intentione illa regurgitandi, confiteat bulla 33. Pauli V. quæ incipit, *Inter extera, data 27. Novembris 1557.* Deinde vacant beneficia, & Pontifici referuntur ob non delationem habitus clericali, iuxta extrauag. Sixti V. quæ est 92. in bullario novo, tom. 2. pag. 693. Item vacant ipso iure beneficia, & sedi Apostolica referuntur, quæ Cardinales vigore iustitiae induitum contulerunt, si ipsi beneficii circumstantia ultra quatuor mensas & ultramontani in dicto obto nouas prouisiones à sede Apostolica non obtinuerint, litteraque Apostolicas non expedierint, quia sic induitum Cardinalium habetur.*

2. Adiendum est, hotum beneficium vacationem, quia est in personam delicti commissi, locum non habere, quounque delictum declaratur, qui ut iur. de legib. latè diximus, solum censura, ut ipso penae medicinales absque illa declaratione indicis contribuantur, reliqua aliae penae etiam priuatae hanc

declarationem prærequirunt, quæ retrotrahitur a puncto commissi delicti.

3. Dixi nullam aliam generalem refectionem à lege sanctissime esse. Nam illa, quæ solet enumerari de beneficiis deuolutis, & de litigiosis, refectione propria non est. Nam prouidens beneficium ob negligientiam primi collatoris ad se deuoluta non iuste refectionis, sed iure deuolutiois, & suppletis vices primi collatoris prouidet. Beneficia item litigiosa, eto tempore litis impediti sunt ordinarii prouidere, ite vero finita prouident. Vide Gonzalez haec omnia latius expendentem. *gloss. 51. per rotam. Aug. Barbol. in 3. p. de pote. ep. sc. alleg. 57. a. n. 36. Azot. 2. p. infis. mor. lib. 6. cap. 34 post. medium. Aloysium Riccius refutat. 333.*

PUNCTVM XXV.

De potestate legati à latere in beneficiorum collatione

1. *Triplex legatus distinguitur.*
2. *Qualiter omnibus commissa sit potestas beneficia prouidendi.*
3. *Legatus à latere omnia beneficia sua prouincia de prouisione ordinarii prouidere potest.*
4. *Beneficium monoculare de prouisione ordinarij collatoris potest legatus à latere prouidere.*
5. *An beneficia deueluta ad pralatum possit legatus prouidere & proponuntur die sententia.*
6. *Refolutio distinzione apposita.*
7. *Beneficia deueluta ad episcopum ob negligientiam pralati exempli prouidere legatus potest, si sunt in prouincia.*
8. *Beneficia sua prouincia deueluta ad Sedem Apostolicam prouidere legatus potest.*
9. *Legatio non currit tempus ad prouidendum.*
10. *Non potest conferre beneficia vacantia in mensibus ordinarij alternativa gaudentis.*
11. *Nec beneficia iuriis patronatus laici, aut ecclesiastici, mixti, secus ecclæstici.*
12. *Qualiter potest legatus à latere canonicum supernumerarium creare.*
13. *Speciale Trident. creari non potest canonicus supernumerarius.*
14. *Non potest legatus beneficia reservata prouidere.*
15. *Neque beneficia electiva.*
16. *Beneficia vacantia refernare potest, etiam in favorem certa personæ, speciale iure antiquo, secus Trident.*

1. *Potesat Pontificis explicata subsequitur explicanda legati potestas: quia eius vices gerit. Triplex genus legatorum doctore afflantur. cum gloria in cap. 1. de officio legati in 6. Alij sunt legati à latere, alij pati, alij nunci seu missi. Legati à latere, qui semper Cardinales sunt, dicuntur; quia ex latere Pontificis, cui assilunt, ministrant ad aliquam prouinciam nomine ipsius gubernandam, vel aliqui gratia negotia tractanda: legati pati iunt quidam Praesules, qui iatione ecclesiæ, quibus præsent, munus & officium legati obtinent, eaque de causa dicuntur pati: quia cum ecclesiæ prefectura nascuntur. Hi sunt Archiepiscopus Cantuariensis, Rhenensis, Taliburgensis, Tolestanus, & alii qui in suis prouinciis primates existunt. Legati Nunci seu missi dicuntur Antipotes, qui ob aliqua negotia gerenda, vel causas aliquas decidendas ad curias principum mirantur: sic communis sententia cum Glossa in cap. 1. de officio legati in 6.*

2. *Omnis hi legati propriæ legati sunt; quia nomine Pontificis legatione funguntur. Glossa in cap. statutum. verbo à sede Apostolica de rescriptis. in 6. & cap. privilegium, de verborum significat. eodem lib. Sed coram iuridictio & potestas diuersissima est, præcipue in ordine ad beneficiorum collationem. Nam legati à latere potestatē habent beneficia sua prouincia ad quam ministrant conferendi, eo ipso, quo legati erigantur. cap. 1. de officio legati in 6. cap. si sedi de probandis, in 6. cap. dilectus. de officio legati. cap. dilectus. de iure patronat. & alii. Ceteri vero legati ex legationis haec potestate carent, nisi aliunde eis specialiter committantur. cap. 1. de officio legati. in 6. cap. litteras, de supplenda negligenti, prælati; eaque de causa haec potestas, quam habent legati à latere, est potestas ordinarij quia coram officio, & legationi præcellentis annexa est à iure communis. Sic Gambat. lib. 3. de potest. legati. num. 3. *Glossa de pensionib. quæf. 5. num. 13. & 21. Garcia 5. p. de benef. 3. a. num. 5.* Secundo haec potestas ordinaria sit quia tamen naturalis non est, sed materiali superaddita, ideo non est extendaenda, sed limitanda. *Glossa in cap. 2. de officio ordinari. Castador. decr. 5. n. 3. & n. 11. decretis. & relegatis. Garcia supra. num. 2.* Econtra potestas aliis legatis, qui non sunt à latere, commissa; quia ex specie alii committione, & non à iure. Neque ex virtute officii & legationis habitura delegata, & non ordinaria nuncupati debet.*

3. *Sed inquires, ad quæ beneficia legati à latere potestas extendit? Respondeo ad omnia beneficia vacantia in ea prouincia*

uincia legationis, quae ordinarius conferre potest, constat ex dicto cap. 1. de officio legari. in 6. Eaque de causa sicut Pontificum ordinario concurreat, & datur locus præventioni, si legatus concurreat. Potest sic Garcia, p. de benef. cap. 3. num. 40. Azor. 2. p. lib. 5. cap. 18. quæst. 24. Præterius in præcipiis episcop. 2. p. cap. 5. n. 2. Et alij. Hinc sit posse legatum à latere instituire, à patronis nominatis, confirmare electos, & conferre beneficia ad exemplorum collationem spectantia. Quia hæc omnia sunt beneficia vacancia in provincia delegationis, nec Pontifici referuata. Garcia 5. p. de benef. c. 3. n. 19.

4. Sed testare aliquæ difficultates examinanda. Prima, an legatus possit conferre beneficia monocularia; si hoc est, quæ ad vius collationem pertinent. Respondeo posse, si ad ipsum pertineant tanquam ordinariarum collatorum. Tum quia legatus cum ordinario concurreat. Tum quia hocum beneficiorum nulla in iure invenitur exceptio. Gambar. de officio legati. lib. 3. n. 512. Azor. 2. part. in situ. moral. lib. 5. cap. 28. quæst. 5. Neque obstat mandatum Apostolicum de prouidendo non comprehendere beneficium monocularia; quia hoc mandatum, quia impedit prouisionem ordinarii, non extendit ad prouisionem, quæ vacua est; at potest legatus non impedir ordinarii prouisionem, sed cum illo concurreat; eaque de causa ad beneficia monocularia extendi potest. Dixi quando beneficium monoculare est de prouisione ordinarii collatoris; nam si sit de prouisione delegati seu Apostolici, credo potestatem legati ad illud non extendi. Nam quicquid alius potestas concedit ad aliqua certa beneficia conferenda, non valer legatus si in illorum prouisione intrinsecus: eo quod specia prouisio derogat generali, cap. 1. de officio legari, & cap. diuidum. de præbendis. in 6. Et tradit Abbas in cap. dilectus. de officio legati. ad finem. Garc. 5. part. de benef. c. 3. n. 75.

5. Secunda difficultas est, an beneficia devoluta ad prælatum ordinarium sua provinciam ob negligientiam primi collatoris, possit legatus conferre;

Varia sunt sententiae. Prima generaliter affirmat posse legatum conferre beneficia omnia, quæ potest, ordinarii sua delegatae provinciae conferre; quia cum ordinario concurreat: sic relato Gambar. & Selua doceat Azor. 2. p. lib. 5. cap. 28. quæst. 12.

Secunda sententia limitat supradictam ut procedat, cum beneficium per negligientiam prælati existens intra provinciam devolutum est, secus si ob negligientiam prælati alterius provincie; sic Laurentio. & Dominic. in cap. deliberatione. de officio legati. in 6. Mouetur, quia legatus à latere concessum est his quod ordinarii sua provinciae delegationis competit; quia sunt ordinarii, & cum ordinariis concurrent. Sed quicquid alius conceditur ius quod ordinarii habent, subintelligunt concessum ius quod ordinarii iure ordinario: & non iure devolutionis competit, argum. textus inletem. si de beneficio, de præbendis. Ergo delegatis non competit ius prouidendi beneficia, quæ ordinarii solum iure devolutionis habent.

6. Tertia sententia quæ mihi probabilius est distinguat inter beneficia vacancia in provincia delegationis, vel extra. Si beneficia vacant extra provinciam delegationis, nequam legatus ea prouidere potest; quia legatus à latere concedendum beneficia sua provinciae: sive celator in provincia sit, sive non; quia in beneficiorum collatione potius sive celator locus ubi situm est beneficium, quam locus, ubi reficit collator, ut colligitur ex cap. 1. cap. deliberatione. §. prohibemus. de officio legati. in 6. At si beneficia sunt extra provinciam, citio celator in provincia sit, non poterit legatus ea prouidere; quia sunt extra eius iurisdictiōnem. Quicqua ad explorandam potestatem legati circa beneficia, non debet attendi cui prælati, an exemplo, an ordinario, an de provincia, an extra, an iure ordinario, an devoluto competat: led an beneficia sine extra provinciam delegationis, an de provincia. Nam si beneficia sint de provincia, ea prouidere poterit. Secus si sint extra provinciam. Et ita tenet Rebuff. Imola Gambara & alii quos referat. & sequitur Garcia 5. part. de benef. cap. tertio à n. 27. Azorius secunda parte lib. 5. cap. 28. quæst. 13.

7. Hinc constat quia ratione possit legatus à latere prouidere beneficia devoluta ad Episcopum ex negligientia prælati regulari exempti. Si enim beneficia sita sunt in provincia delegationis, poterit prouidere, secus si sunt extra provinciam: ob devolutionem enim ius legatus competens non immutatur. Neque oblati episcopum hæc beneficia prouidere tanquam sedis Apostolica delegatum quomodo legatus se in illis intromittere possit; quia se intromittit ex iure sibi competente independenter à devolutione, & delegatione Episcopi. Addit illam regulam, quod delegatus non se possit intromittere in his, quæ Episcopus non vi ordinarius; sed vt delegatus exceptitur, iuxta cap. studiū. de officio legati, cap. diuidum. cap. quæmuis. de præbendis. in 6. & tradit Glossa clementis. si de beneficio de præbendis verbo sive ad nos. ad finem, habet verum quoad priuationem, non quoad præventionem: hoc est non se poterit intromittere priuationi, bene tamen cumulatiuē. item habet verum in delegatione facta ab homine non à iure.

8. Sed quid si beneficia sua provinciae ad sedem Aposto-

licam devoluta sunt; Respondeo ea prouidere legatum possit, quia potest beneficia sua prouinciae, & ob devolutionem non sunt specialiter referuata; colligitur ex cap. venerabilis de præbendis & tradit Abbas ibi numero secundo. Glossa in capite primo de officio legati. 6. in verbo ampliori. Et clementis si de beneficio, verbo sive ad nos de præbendis. in fine. Sicut et verbo delegatus, questione 13. vers. querit tamen. Azorius secunda parte lib. 5. cap. 28. questione 14. Garcia 5. parte de benef. capite tertio. n. mer. 20.

9. Hinc deciditur quæstio an legato curta tempus semper sit ad prouidendum, sicut ordinarii; Et dicendum est nequam curtere. Tum quia tempus semper pro ordinariis collatoribus est signatum, non pro ordinariis superinductus. Tum et principi quia, si legato semper esset concecum illo tractato, collator eius potestas, & deuolueretur beneficium ad sedem Apostolicam. At beneficia ad sedem Apostolicam devoluta ipse prouidere potest, vt dictum est. Ergo non potest eius potestas determinato semper coactari. Garcia supra secunda parte in situ. moral. lib. 5. cap. 28. q. 24.

Ceterum affirmandum est nequam potest. Tum quia conceduntur illi sex menses ordinarii sub orene personalis rederentie, cui concessionem quoniam non erat praedita. Tum & principi quia gratia aletatuitæ Episcopis conceditur cum decreto irritante quamlibet aliam prouisionem per quoniam, etiam per sedem Apostolicam, factam. Cum ergo legatus iure communis potestat non habeat derogandi huc decretu, nequit habere potestatem prouidendi beneficia vacancia in missis alternativæ: & ita tenet Garcia. 5. parte de benef. cap. tertio à n. 45, referens sepe à Rota sive dictum.

Notantem dixi legatum à latere non haberet ex iure communi potestatem derogandi upradicto decreto irritanti in alternativa inserto, vt tacite infinitam sapientiam ex speciali gratia & labore a Pontifice concedi, ve de facultate concessi. Nancis Hispanus testatur Garcia dicta 5. p. cap. 4. num. 134. Quapropter cum legatus à latere virtutis facultate maiore ea, quæ alii legatis à iure conceditur, vel quæ concedi solet debet necessari ostender litteras, quibus talis potestas constituitur, etiam si non creditur: quia stat in contrarium presumptio quod Pontifex à communis, frequenti, & ordinario stylo non discedit. Azorius 1. part. in situ. moral. lib. 5. cap. 27. questione 8.

10. Quarta difficultas procedit de beneficiis iurisdictionis. An in qua hæc beneficia inconfutabile patrōnū, & ab hac casu confundit potest. Et dicendum est, si patronus se ecclesiasticus, recte posse etiam absque illum mentione, quia huiusuti facile derogatur confat ex cap. cum dilectis. de iure patrōnū. cap. dilectus. de officio legati. 1. & tradit aliis relatis. Lambertius 1. part. lib. 1. questione 1. art. 6. num. 4. & 5. p. lib. 1. questione 8. art. 1. Et questione 9. art. 1. num. 2. Gigas de penitentiis. questione 24. num. 1. Garcia. de benef. 5. part. cap. 3. num. 17. Azorius 2. part. lib. 5. cap. 28. quæst. 2. & lib. 5. cap. 25. quæst. 7. Tulchus verbo legatus. concl. 172. Idem dicendum est de patrōnū licitorum ex privilegio, prescriptione, aut consuetudine obtene. Quia ex huius derogatione non retrahuntur homines ad eccliarum qualifications, & constructione. Contrautrius præcepit. num. 6. Azorius, & Tulchus supra. & Garcia, plures recte, num. 72. Secus vero dicendum si ex fundatione, constitutione aut donatione sit patrōnū acquisitus: huius enim nonquām Pontifex derogat; quomodo ergo credendum est legato facultatem concedere derogandi? Azorius supra Garcia. num. 63. Et hoc verum est, etiam si parte sit ecclesiasticus, ac pone mixtus ē quicquid ob ilium coniunctiōne iura patrōnū iacit immutata manent, ne à fundatōis ecclesiis retrahantur: sic relati doctores, specialiter Garcia num. 69. & Iacobus diximus hanc disp.

11. Quinta difficultas est de beneficiis supernumeratis possitne legatus à latere canonicum supernumerarium in Ecclesia cathedrali, vel collegiata create: Ratio dubitans est quia alius a Pontifice potestatem non habet concedendi ius ad beneficium vacaturum cap. 2. de concessione præbendis. in 6. At eo ipso: quo in canonicum supernumerarium admittitur, ut habere videtur ad præbendam primū vacaturum nequic ego legatus illum create.

Dicendum tamen est posse legatum à latere tibi hunc titulum ventosum conferre nisi autoritate Romani Pontificis census numerus canonorum statutus sit: sic Glossa & Abbas in cap. pro illorum de præbendis, verbo recipiſſe. Idem Abbas, in cap. ram. M. Ferrariensi de confirmationib. & alii, quos referat, & sequitur Azorius 2. part. lib. 5. cap. 11. questione 3. & sequentibus. lib. 5. cap. 28. questione 8. Ratio est manifesta: quia hic iuris largo modo beneficium dicitur, & legatus omnia sive prouide beneficia alias non referuata conferre potest: quod autem hoc

beneficium quasi de novo creetur, in causa esse non potest, quoniam legatus illud creare, & prouidere possit. Tum quia illius creatio aliena non est à iure communi, sed potius illi conformis, cap. 1. de Ferrariensis, de constitutionibus, cap. relatum, cap. dilectus, cap. directo, de probandis. Tum quia collegium canonicorum, & Episcoporum ad authoritatem habent. Ergo à fortiori illam legatum habere debet.

Hic canonicus supernumerarius, cum sit canonice solo titulo fructus non percipit, alias re ipsa habere probandum. Glos., Abbas, & alii in dilect. 2. de proband. & c. relat. ed. tit. Distributiones vero quotidiana probabilis est obtinere posse, nisi obster consuetudo, quia sic colligitur ex cap. pro illorum, c. dilectu. 1. de proband. & tradit ibi Abbas & cap. cum M. de conf. sicut Azorius 2. par. lib. 3. cap. 11. quaf. 1. & 13. & lib. 5. cap. 28. quaf. 8.

Reluctu vacante probanda nullum ius habet, nisi ei fuerit ergo à Pontifice concessum, ut si colligitur ex c. 2. de confessione probanda, in 6. potest tamen iudicis officium implorare, vacante probanda, ut sibi concedatur, ut bene probat Abbas & dilectu. 1. & relat. n. 17. de proband. ipse vero iudex non tenetur petitioni annuere, etio consuevit sit, quia ex nullo capite obligatur.

13. Ceterum hæc procedunt ex iure communi. At spectato Trid. §§. 24. & 19. vetius existimo canonicum supernumerarium creari non posse. Nam etio ius strictè non habeat ad probandam vacaturam, habet tamen aliquæ ius, sed ex supradicto tractatu omnes expectatio, & gratia ad vacaturam beneficia irritantur. Ego haec legatus concedere non potest, item congregatio concilij ibidem declarauit canonicum supernumerarium creari non possit; refert Barbo in remission, concilij, & tradit Gonzalez. reg. 8. mens. §. 1. num. 64.

14. Sexta difficultas est de beneficiis referuntur, an ea legatus providerit? Et respondendum est negari ex cap. quoad reservationem, de officio legati, & ex c. licet, de proband. in 6. & tradit omnes legatus namque solum habet facultatem generaliter conferendi beneficia vacanta in provincia sua delegationis, sub qua generali facultate non comprehenduntur referuntur generali, aut speciali referuntur, ut tradit Mandos, de signatura grata, tit. de induita conferendi beneficia referuntur, in prime. & aliis relatis Garcia, p. 6. 3. & 4. immo etiam facultatem generaliter habet et proutidem referuntur, non comprehendenter vacanta apud seDEM; quia haec referuntur et clausa in corpore iuriis, & ob eam causam proutilegata, ne sub generali concessione referuntur intelligatur, sicut in concessione absolviendi a referentiis non veniunt concentra in bulla conca, sic aliis relatis Garc. num. 5. 1.

15. Ex quo sit non posse legatum à latere prouidere beneficia, quæ propriæ electua sunt, quia eligibentes à iure concedunt semetipsi, ut libere eligeat possint, cap. nulla. c. quia distributionem de concessione proband. Non igitur debet à legato impetrari, & probat text. in cap. deliberatione, de officio legati, in 6. Nam licet ibi solum dicatur, non posse referuntur legatum ecclesiæ cathedrales, regulares, aut collegiatas, dignitatemque maiores ecclesiæ cathedralium, sub nomine referuntur, & proutio qualibet intelligitur. Non enim referuntur, nisi in ordine ad proutionem, & licet de illis tantum sit factus iuramento, ad omnia electua beneficia, si quæ fuerint, est prohibito extenderenda; quia eadem est ratio, ne eligentibus eorum libera electio impetratur. Addit. nomi nisi illa specialiter, quia solum in illis veratur electio. Addit. in supradicta reg. 3. Cancelli, ecclesiæ cathedrales, regulares, & collegiatas, dignitatemque maiores post proutionem, sive electua sunt, sive non, referuntur. Ergo ut aquid operetur referentio contenta in c. deliberatione, De omnibus beneficiis electiis debet intelligi.

Secundo sit beneficia litigiosa conferre nullatenus posse, quia isto proprio referuntur non sint, impeditur tamen corum proutio durante litigio, ex text. in c. 1. & 1. rot. 1. lie pendente, in 6. & tradit Garcia n. 5. 6.

16. Septima difficultas procedit de beneficiis vacaturis, an ea referuntur legatus possit? Et dicendum est posse, ita tamen ut pendente via referuntur in aliqua Ecclesia, aliam non faciat in eadem; nec pendente referuntur, non beneficii ad colariolum cuiuscunq; pertinenis, referuntur alterius beneficij ad illis etiam collationem pertinentis faciat, habetur exp. cap. 1. de proband. & cap. deliberatione, de officio legati, in 6. Dicitur autem referentem pendere, dum referuntur beneficium collatione non est. Quocirca si secundum referentem facere voluerit pendentia prima, primam derogate debet, alias nullius effectus erit. Secunda referentia, utpote facta contra formam potestatis commissa: ita aliis relatis docent Azor. 2. & 3. & 4. moral. lib. 5. c. 29. q. 1. & 5. Garcia 5. part. de beneficie. 3. & 3. 6.

Sed dubium est; an haec referentia fieri possit in favorem certæ petitione? Ratio dubitandi est; qui inutilis esse videatur talis referentia, cum nullum ius personæ, pro qua sit referentia, concedatur, iuxta texsum in cap. dilectus 1. de probandis. Ceterum dicendum est, posse legatum in favorem certæ petitione beneficium vacaturum referuntur; quia ita habetur in cap.

cum dilectus. de iure patronatus. Ex vi autem huius referuntur non arctatur legatus, nisi ex quadam decencia beneficium conferre ei in eius fauorem referuantur, sed potest alteri prouidere. Sed non inde sit inutilis esse hanc referentiam, si quidem per illam ordinatus impeditur, ne alteri beneficium prouidea.

Hæc spectato iure communi procedunt, at attēna dispositio Trident. Ieff. 24. cap. 19. dicendum omnino est legatum non posse referuntur beneficia vacatura, & præcipue in fauorem certæ petitione, quia omnes referuntur, expectantur, & gratia quæcumque ad beneficia vacatura interdictæ sunt, ne aliqua occasio capienda mortis habeatur: & tradit Gonzalez reg. 8. Canceller. §. 1. proœm. n. 80.

P V N C T V M XXVI.

De potestate legati nati, & missi in beneficio-rum collatione.

1. Ex litteris commissionis, hac potestas colligenda est. Tenor quæ potestatis in actis produci debet, cum de valore proutionis agitur;
2. Expenditur potestas, qua Nuntio Hispania solet concedi.
3. Sub eius potestate non comprehenduntur canonici, nec probanda cathedralium & collegiarum,
4. Neque item beneficia, quæ simplicia non fuerint. Et quid de curata habuit, sed non actu?
5. Archipresbyteratus ruralis sub nomine beneficij simplicis comprehenduntur.
6. Non comprehenduntur beneficia excedentia valorem 24. ducatorum de camera.
7. An sub hoc valore venientem molumentum, quod beneficiarius obtineret, est intrando in capitulum beneficiariorum? Resolutum, negatur.
8. Non comprehenduntur sub hoc valore teriaria.
9. An deducenda sine de valore beneficij pessima missarum? Sub distinctione responderetur.
10. Subsidium, & excusarum deducendum videtur ex beneficio valore.
11. Quid dicendum de pensione, an deducenda sit de beneficij valorem.
12. Debet ante proutionem Nuntio constare beneficium taxam superadicam non excedere.
13. Qualiter constare potest beneficium non excedere dictam taxam.
14. Penes proutum à Nuntio est obligatio probandi beneficij valorem.
15. Proponitur duplex obiectio, & fit illi satis.
16. Non potest Nuntius prouidere alia beneficia, nisi qua per obitum ultimi possessori vacauerint.
17. Si beneficium vacat in mensibus ordinarij alternativa gaudens, non videtur posse à Nuntio prouidere.
18. Imperatoz in Nuntio beneficium, non videtur obligatus ex primæ mens' vacationis.
19. Nuntius, & legatus à latere iurisdictionem voluntariam exercere possunt à die quo urbem fuerint exegredi.
20. Qualiter ex tunc possint beneficia conferre.

SVRA diximus legatum natum, & missum nullam habere potestatem in beneficiorum collatione, nisi eis specialiter fuerit concessa. Quapropter examinande sunt litteræ concessio-nis, & inde eorum potestas cognoscatur. Nam licet folia: Pontifex illis concede potestatem legati à latere, & virtute huius collationis possent tanquam legatus à latere beneficia conferre, ut docent Gigas de pensionibus, quaf. 6. & 19. Gonzalez reg. 8. Canceller. §. 2. proœm. num. 54. Mandos, reg. 13. Canceller. q. 6. num. 4. & de monioru. n. quaf. 6. num. 41. Garcia 5. part. benefic. 3. n. 82. At quia hæc potestas quoad beneficium collationem illis specialiter restringitur, ut testatur Gonzalez, & Garcia supra, in Nuntiis Hispaniæ, id est tenor huius facultatis, & restrictionis inspicere ante omnem debet, cap. porro, cap. recepcionis, de privilegiis. & leg. diligenter. ff. mandati. Debetque huiusmodi tenor in actis produci, cum de valore proutionis facta à Nuntio agitur, quia est fundamentum illius, sic Rota decis. 73. l. 3. par. 3. divers. Gonzalez num. 64. Garcia num. 84. Neque obstar Nuntio ceperit, ne obligatus sit in suis litteris, gratis, & dispositionibus facultatem inferere, aut testibus, vel notario comprobare, quoniam in contraditorio iudicio eam facultatem exhibere teneatur; quia illa prærogativa non infundiendi nec comprobandi facultatem, intelligitur in illis gratis, concessionibus, & dispositionibus iure delegacionis Nuntio competentibus, non de illis quæ iure specialiter competant, qualis est haec facultas beneficia prouidendi. Deinde intelligitur, dum non est qui proutionis facta contradicat, Garcia, supra.

2. Facultas ergo, quæ Nuntio Hispania solet concedi in ordine ad beneficiorum collationem est ut quæcumque beneficia Ecclesiastica simplicia in Hispania consistant extra Metropolitanas, & alias cathedrales, & alias collegiatas Ecclesiæ per

per obitum illorum ultimorum possessorum extra Romanam curiam vacatura, dummodo illa l'as, quam ratione mensum Apostolicorum referata non fuerint, & cauilibet eorum studius, redditus, & prouentus etiam ratione personalis residentiae percipi soliti, ac distributiones quorundam 24. ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum non excedat, pro tempore vacanta personis idoneis preuidere possit, ita tamquam vt non prius prouidendum huiusmodi beneficiorum facere debet, quam sibi fide dignorum testimonio constiterit fructus predictos ipsum valorem annum non excedere, alioquin prouisiones factae nullus sit robors, & momenti.

3. Ex qua facultate constat primo non posse Nuntium prouidere dignates, canonici, nec praebendas cathedralium, & collegiarum Ecclesiarum, quantumvis valorem 24. ducatorum camerae non excedant, quia in supradicta facultate excepto excluduntur. Gonzalez §. 2. proxim. n. 58. Garcia 5. part. de benef. c. 3. n. 8.

4. Secundo sit, non posse beneficia, que simplicia non fuerint, conferre; quia solum pro beneficiis simplicibus facultas conceditur. Quapropter dignates, personalis, officia, & beneficia curam animarum habentia ab hac facultate excluduntur.

Solum est dubium, an beneficia habitu curata, & non actu, eo quod actu parochianis eant, sub nomine simplicis beneficij veniant? Et dicendum est, si eantia est per accidentem; quia parochiani ob incurssione latronum, & inundatione fluminum absunt, speranturque cito reuersari, non comprehendunt; quia verè illa beneficia actu curata dici debent, quia non debet attendi id quod est per accidentem, sed quod est per se. Gutierr. allegat. 8. num. 8. Garcia 5. p. de benef. cap. 3. §. 1. num. 112, sed praeceps num. 110. At si vicinias destruta sit absque villa per reparacionem, quia forte iam 40. anni lapsi sunt, quia ibi parochiani assistunt, sub beneficio simplici comprehendendi debent. Nam licet antea curata fuerint, eorum status mutatus est, & ex causa in simplex convertis. Cum enim curatum beneficium ex cura fideliuum dictum sit, & tale beneficium nullam curam habeat, neque illius probabilem spem, cessat esse curatum, & transmutatur in simplex, & omnes qualitates simplicis fortissim debet: sic alius relatis docet Garcia supra, & Gutierr. rota alleg. 8.

3 Si declaratio facta est post præsentationem, vel electionem factam, ante institutionem, confirmationem, vel collationem, communis sententia tenet cassandum esse præsentationem, vel electionem, neque institutionem, confirmationem, neque post. Abbas in *e. consultationib. de iure patron.* n. 9. Lambert. de tur. *patron. 1. p. lib. 2. q. 1. ar. 6. Ioan. Gut. conf. 4. in fine & alijs relati. 2. Garcia. c. 5. n. 4. 5. & Cou. præl. c. 14. n. 2. m. fi. co. quod electus, vel præstatu facta ab eo, qui tempore præsentationis, vel electionis est in possessione præsentandi, vel eligendi, valid est & ius electio, vel præsentato confiteri, non igitur ex subsequente sententia infirmari debet. Neque obstat, fructus exstantes restituendos esse proprietario, qui vincit possessorum. Quia respondeo, post factam electionem, vel præsentationem, iam non extare hos fructus penes possessorum, sed respetu illius esse consumptos. Neque item obstat proprietatem absolvere possit, siem.*

DE
CASII
PAL
TO

4. Quod tertium artinet, quando competit episcopis potestas beneficia conferendi, est prima difficultas, an competit ei facta electione, & confirmatione ante aedem possessionem, vel necessario posse requiratur. Quia in re dicendum est non posse episcopum electum, & confirmatum beneficia conferre, neque vilam in suo episcopatu administracionem habere abique literis Apostolicis expeditis, & ostensis capitulosis expresse deciditur in extrang. inimicis, de electione. ibi Praesentii perperuo valitura constitutione sanctimus, ut qui apud Apostolicam sedem promouentur, aut confirmationis, consacrationis, vel benedictionis manus recipiunt, ad commissas eis ecclesias absque Apostolicis sedis litteris huiusmodi eorum promotionem, confirmationem, seu benedictionem continentibus accedere, vel honorum ecclesiasticorum administrationem accipere non presumant, nullusque eos absque dictarum litterarum offendere possint, aut eis parent, vel intendant. Et ratio est clara, quia capitulo, cui iure conuenient deficiente episcopo episcopatus administratio abstineat ea administratione non tenetur, quemlibet confiter episcopum electum, & confirmationem eius; tenetur ergo episcopus hanc electionem, & confirmationem capitulo ostendere, vt deficiat, quod nulla alia via clavis efficitur, quam literarum Apostolicarum ostensione.

Hinc petebatur confitudo, vt non possit episcopos ante eam possessionem beneficia conferre, neque vilam in episcopato administrationem habere: quia cum ostensione literarum facili posse coniungi potest, & sic de facto semper coniungit: sic Azeuedo in curia Hispana, lib. I, cap. 13, à num. 12. Vgolani officio episc. cap. 50. §. 15. n. 3. Azor. 2. part. inst. mor. lib. 1. cap. 29. q. 9. & lib. 6. cap. 25. q. 1. Garcia 5. p. de benef. cap. 4. num. 3. & seqq.

Secunda difficultas est, an episcopus, cui datus est coadiutor, habeat potestem beneficia conferendi. Ob duplicitam causam coadiutori episcopi assignari potest, vel ob beneficium, imminutum, nemiamque occupationem, vel ob amentiam. Si ob amentiam designatur coadiutor, habet potestem conferendi beneficia, & episcopus illi catet. Non enim illam habete potest, cum non sit sui compos: conceditur tamen coadiutori, qui ei concedit administratione episcopatus ab episcopo independent. Parvulus de regnante, benef. lib. 7. quæst. 20. à num. 15. Azor. 2. part. inst. moral. lib. 6. cap. 25. quæst. 15. Garcia 5. p. de benef. cap. 4. n. 270. Si autem coadiutor episcopi sive amens designatus sit, episcopus retinet potestem beneficia conferendi, illaque catet coadiutor. Quia ex coadiutoris designatione amittere illam episcopus non potest, cum non detur coadiutor, nisi ad ea qua ipse coadiutorius praestare per se non possit: & faver regula iuri. Id quod nostrum est, sive factum, & consenserit nostro tacto, vel extenso austri non debet. De Regul. iuri. in 6. sic Azor. 2. part. lib. 6. cap. 25. quæst. 1. Petri Gregor. de benef. cap. 39. num. 20. Nauar. cons. 3. de clero agrot. num. 4. Garcia de benef. 5. p. cap. 4. num. 26. & seqq.

Aucto rati, si coadiutor datus sit episcopo ob malam beneficiorum prouisionem, non posset episcopus abique confessu, & concilio coadiutoris beneficia prouidere. Quia hoc necesse est, vt tanto malo praecaveatur. Oldradus cons. 44. Garcia 5. 273. & colligit manifeste in cap. venerabilis, de officio deleg. vbi annulatum alienum bonorum facta ab episcopo sine consentia coadiutoris, qui ei ob dilapidationem honorum assignatus erat.

5. Tertia difficultas est de praefato putativo, qui vere praefatus non est, attamen sic reputatur, an inquam habeat potestem beneficia conferendi?

Refutatio huius difficultatis pendet ex illa celebri questione, an error populi concedat iurisdictionem alias non habenti? Et polito iure concedi ob utilitatem publicam, argum. leg. Barbar. philippuss. de officio praetoris, cui conlona. lex. 2. ff. de sententia & interlocutionib. & lex 4. tit. 4. p. 3. & lex 8. tit. 9. lib. 3. compl. & ex iure canonico textus in cap. infamis. 3. q. 7. & multis allegatis docent Garcia 5. p. de benef. c. 4. n. 277. Thom. Sanchez lib. 3. de matr. dif. 22. n. 1. Lessius de iustit. cap. 19. dub. 8. a. 6. Basil. de Leon. lib. 5. de matrim. cap. 19. n. 3. Dicendum est praefatum sic à populo reputatum potestem habere beneficia conferendi. Nam haec potestas non ex iure diuino, sed ex iure positivo ortum habet. Potest ergo ius inhabilitatem conscientis suppleri, & firmam collationem facere, ne graui inconvenientia sequantur, sic lupridi doctores non colunt generaliter, sed specialiter de collatione loquentes.

Dixi reputatum à populo, ut indicarem etiometu conferentis, vel cuiuslibet alterius singularis insufficientem esse, vt ius iurisdictionem concedat alias non habenti. Quia haec ins concedit ob utilitate publicam, ne feliciter populus etiamsi detrimentum patiatur, si resindantur, & annulentur gesta à suo praefato, quod in uno, vel altero errante procedere non potest, & colligitur satis ex Infrad. leg. Barbarus, ibi, quandiu lauit, indicans populum latece defectum, & ex cap. infamis, ibi, si seruos dum pararetur liber, scilicet à populo, & ex leg. 4. ibi: taly ero como esse faciente alium pueblo comunamente, & notauit Sanchez a. disputat. 22. num. 6. 7. & 8. Basil. num. 4.

7. Supradicta tamen doctrina limitatur primo, vt non procedat Ferdinand. de Castro Sum. Mor. Pars II.

in conferente priuato, & singulare, quales sunt canonice de capitulo, & scholares suffragia ferentes in cathedrali, & aliis huiusmodi. His enim error communis non prodest. Quia cessat ratio utilitatis publicae, que certiuit in iis, quibus ratione officij competit potest beneficij conferendi. sic Garc. 5. p. de benef. cap. 4. num. 314. vbi plures referunt. Sed hæc limitatio nequam probanda est. Nam esto confitens persona priuata sit, & ex speciali delegatione conferat: ac confer nomine ecclesiæ, & in fauorem publicum: publicus enim fauor certiuit in eo quod beneficij collatio firma perficiatur. Item testis inhabilis, reputatus tamen habilis, si inducatur in testamento, non vitia dispositionem §. sed aliquis infinitus de testamento. & leg. 3. Cod. eadem. ibi. Testes ferui, an liberi fuerint non traduci oportet, cum eo tempore quo testamentum signabatur omnium confessi liberorum loco habui sunt. sed testis non est persona publica, sed priuata. Ergo licet conferens persona priuata sit, valebit eius collatio, praecipue cum in ratione conferentis non sit priuatus, sed vi publicis ecclesiæ minister se gerat: & ita tener loquens generaliter Thom. Sanchez lib. 3. de matr. dif. 22. n. 1. Basil. lib. 5. cap. II. n. 1.

8. Secundo limitatur, vt procedat in eo, qui titulum habet à legitimo superiori collatum, etio iusolidus sit ob occultum impedimentum: sic Thom. Sanchez dicta dif. 22. sub num. 4. 9. vbi contrarium reputat improbabile. Lessius cap. 29. dub. 8. num. 5. Garcia 5. p. de benef. cap. 4. n. 81. & seqq. & alii in numeri apud ipsos, Fundamentum sumitur ex textibus in quibus fundatur hæc potestas: omnes enim indicant hunc titulum esse requisitum. Nam in leg. Barbarini, ut satis significatur illum seruum a populo Romano habuisse titulum, dicitur, & verum puto nihil eorum reproba: iho enim humanus est, cum populus Romanus etiam seruo porcius decerneret hanc potestatem. Idem colligitur ex textu in cap. infamis. 3. q. 7. ibi si seruos dum putaret liber ex delegatione sententiam daret. Concurrit ergo non solum error populi, sed virius delegationis, vt ius iurisdictionem concedat alias non habent.

9. Hanc limitacionem aliqui reprobant prout refert Tirachel. post leges connub. gloss. 8. n. 13. Thom. Sanchez supra num. 48. & expresse eam reprobant Moria in emporio iuri. iii. 11. q. 2. Basil. Legion. lib. 3. de matr. cap. 20. v. 2. & conferunt Genes. in præxi. cap. 6. 1. in annot. Moventur quis præscriptione iurisdictione acquiritur, cap. duo simil. de officio ordinari, & ibi Panormit. n. 2. e. cum coninguis, de præscriptione, & ibi Gloss & Panormit. n. 5. & 6. Sed ad præscriptionem non semper titulus requiriatur, sed tempore, & antiquitate obtinetur. Ergo optimè poterit obtinere iurisdictionem ab quo superiori titulo. Secundò confutetidine iurisdictionis comparatur, cap. cum contingat, de foro compet. cap. Romana. de officio ordinari. cap. Romana. de foro compet. in 6. cap. Romana. de officio ordinari. in 6. & cap. Romana. de sententia excommunicati. codem lib. Tertio ex sola quasi possessione ius præfendant, & eisdem obtinentur cap. querelam, vers. nos igitur, & cap. consultationibus, de iure patron. Quartò, quia cadem sere inconvenientia sequuntur ex eo quod catens titulo legitimè superioris iurisdictionem non habeat statute communem errore, ac sequuntur ex eo, quod illam non habeat, qui habet titulum superioris legitimè, si quidem eodem modo populus decipitur. Sed ne populus detrimentum patiatur ex patruo superiori titulum habente, concedit ius potestatem. Ergo etiam debet eam concede patruo superiori catenti titulo. Quintum sumitur ex Authen. de rebellioni nouella 44. cap. 1. vbi instrumenta facta à tabellione officium amittunt ob delictum valida sunt flante communi errore. Item valida sunt instrumenta facta à delegato, licet ipsi notario delegatus interdicta esset delegatio. Sed cum alio interdicta est potestas delegandi, delegatio non submittit, & delegatus non habet titulum à legitimè superiori. Ergo absq; hoc titulo dati potest iurisdictione. Hoc argumentum, quod est Thom. Sanchez collegi Basilii, ita ipse magis facit ut audeat dicere Thom. Sanchez, illius vim non percipiles. Nam cum in superdicta Nouella interdictum sit tabellioni delegare; & ita interdictum, vt omnino priuatus sit potestate delegandi, eius delegatio nullius est momenti, sed deca idem est iudicium suendum, ac si intritus delegaret. Ergo delegatus titulo catet legitimè superioris: si quidem delegans quoad delegationem reputatur quidam alius de populo. Deinde capit. Thom. Sanchez inconvenientia, quod quidam dif. illa 22. n. 51. superiori delegante, catu quo vere delegare non posset, gesta per delegatum, non obstante communem errore, esse invalidem, eo quod deficit titulus collatus ab habente potestatem, & in n. 54. respondens ad confirmationem, subiuxerit delegatum à tabellione, cui instrumentorum delegatio interdicta est, habuisse veram authoritatem, validamque esse delegationem. Sed immixto Basil. doctissimum Sanchez capit. & inconvenientia arguit: debebat enim prius probare, quod ipse supponit ex textu fatis confitare, ita esse tabellioni interdictum delegationem, vt & potestate delegandi priuatus sit, cum tamen ex textu hæc rigida priuatio non colligatur, sed solum prohibito. Deinde debet aduertere quod subiungit, dispatem esse rationem notarii, & aliorum iudicium. Nam notarius iurisdictionem non habet, sed testis est iure approbat, ideo titulus in eo non requiritur, secus in aliis officiis iurisdictionem habentibus.

io Ego vero distinguendum censeo de conferente beneficia ratione officij publici iurisdictionem habentes, vel de conferente beneficia ob aliquod officium speciale sibi competentes. Confessens namque beneficia ratione officij publici iurisdictionem habentis, debet titulum à legitimo superiori collatum habere, ut ius ei iurisdictionem concedat. Tum quia de iis iudicibus, & prælatis iurisdictionem habentibus loquuntur textus in leg. Barbarius. Et cap. infamis. Tum quia pro hac parte est communis omnium contentus, uno, vel altero excepto. At vero confessens ob aliquam prærogativam speciale fundationis, priuilegii, præscriptionis, aut consuetudinis non indiget titulum ad hanc potestatem, sed ex sola quasi possessione obtinet, ut fatus probatur ex supradicta querela de elect. et consultationibus, de iure patron.

Neque aduersus hanc doctrinam procedunt rationes, quibus sopraddicta limitatio reprobatur. Fatores namque præscriptione, & confutudine iurisdictionem acquiri; at inde non inferunt titulum non requiri, quia præscriptio, & confutudo legitima titulus est à iure approbatus. Item conductunt, quæ tradit Garcia, p. de benef. cap. 4. n. 298. Et textus in cap. querela, Et i. consultationibus, probant nostram doctrinam. Quatum argumentum esti probet eadem inconveniens sequi, ex eo quod caro titulo careat iurisdictiones, sequeuntur ex eo quod habens titulum inuidum illa careat. At cum in iure non inueniatur fundamentum ad concedendam iurisdictionem careat iure, ac illi qui habent, ea de causa concedenda non sit. Ade non sequi eadem inconveniens, cum in habente titulum facilius possit populus decipi, quam in carente illo. Quinto argumento iam factis factum est, admittimus namque in notario, sicut in teste, sufficiere quasi possessionem ab aliis titulo, ob ea que diximus n. pre-reddenti, & de teste probat lex. 1. C. de testam. Secus in aliis iudicibus iurisdictionem habentibus.

ii Tento limitatur, ut non procedat in habente dignitatem, & beneficiam reseruantur, cui est annexa potestas beneficia conferendi: hic enim quia intulit est, & caret iure, videtur etiam haec potestate carere, & præterea cum iuratio ob decreto irritans significat titulum, & possessionem, & ea quae ex illis sequuntur inservi debet. Addit collationem beneficij tunc quandam donationem, & gratiam, cap. fin. de officio Vicarij, n. 6. ex cuius nullitate non sequuntur ea inconveniens, quæ sequuntur ex nullitate sententiarum pertinuum ad materiam iustitiae: sic alios referunt limitat Garcia, p. de benef. c. 4. n. 278. Et c. 5. n. 2. Gonzal. 1. 5. 8. 1. n. 95. Et gl. 3. n. 28. Et gl. 4. n. 2. & 4. n. 44. Ceterum mihi haec limitatio non probatur. Fatores namque in iuris dignitatem, & beneficium reseruantur caro titulo, & possessione legitima, esque præsumat à iure beneficiorum collatione. At credo ob utilitatem publicam ex aequitate illi haec potestatem concedi, ut concedit ad omnes alias actus non solum iustitia, sed etiam gracie, ut tradunt ab aliis via distinctione reliqui doctores. Nam licet inter nos negantur omnes fructus beneficij cedentes in utilitatem beneficiorum, at non debent negari fructus beneficij in utilitatem communem cedentes, quales sunt electio, collatio, præsentatio, & beneficiorum. Addit collationem beneficiorum, gratiam, & liberalitatem esse respectu illius, cui beneficium conferuntur, non in se: nam vt bene dicit G. off. in supradicta c. fin. verba littera, datio beneficiorum libera est in i. dando, sed non in dando.

iii Quarto limitatur, ut non procedat in eo, qui ipso iure priuatus est potestate conferendi: qualis est hereticus, & excommunicatus, aut suspensus. Sed hoc intelligendum est, quando sic est per sententiam declaratus: nam inter quod quis declaratus non est, valent gesta per ipsum, ut latius tract. de legib. Et de fide, diximus: quia quoad exercitum potestate non priuatur. Ex quo sit falsum esse, quod docet Garcia, p. de benef. c. 4. n. 324, necmē collationem factam ab excommunicato occulso nullam esse, quia in hac collatione (inquit) cum sit quedam gratia, & donatio, procedit confessens ex officio, & non ad instanciam patris, a proinde nulla gratia, aut favor ei competit, ex extrauag. ad uniuersanda scandala. Hoc inquam falsum est: nam etiam concedamus confessentem beneficium ex officio procedere necessario affirmandum est obligatum esse illud officium exercere, dum in possessione confessentis beneficia persulit, valere quod collationem, non tam esse fauorem confessentis, quam illorum, quib. beneficia conferuntur. Addit aeminem potestate habita priuari ob delictu*yl*lum, quia sententia declaratoria etimini accedit.

iv Quinto limitatur, ut non procedat in eo, in cuius electione substantialis defectus formæ commissus est, quia tunc deicit titulum: sic Thom. anch. dict. disp. 22. n. 53. Subdit tamen hoc esse intelligendum, dummodo non adit legitima superioris confirmationis: quia haec coloratum titulum praebet. Hæc tamen limitatio mihi non probatur. Nam quoties inhabilis ad officium, & beneficium eliguntur, substantialis defectus in electione committitur, & tamen hic defectus sufficiens non est impedit iurisdictionem, & constat ex leg. Barbarius. Et ex dicto cap. infamis, & tradit iste Sanch. n. 19. & Basil. c. 19. n. 13. Ergo substantialis defectus formalis non impedit iurisdictionem. Item parochus obtinens simoniacæ beneficium, vel per subventionem à Romano Pontifice, vel non seruata forma Trident. &c. constitutionis

Pij. V. nullam iurisdictionem habet, quod certè durissimum est, & contra præsumptam. Quapropter affirmandum est, si colatum coloratum sufficiere, tamen in commissione substantialis defectus commissus sit, eo quod persona inhabilis sit electa, vel forma electionis seruata non sit, & ita, ut probabile, defendit Garcia, p. de benef. c. 4. n. 293.

P N C T V M XXVIII.

An ratione possessionis ius conferendi, eligendi, vel præsentandi prælati competere possit? Et quid dicendum ratione sequestri?

1. Possident bona fide licet, & valide beneficia prouidet. Et quod haec præsumatur.
2. Si confiteri non habere verum titulum non est remonstrandum, si in iurisdictione acquiri, quia præscriptio, & confutudo legitima titulus est à iure approbatus. Item conductunt, quæ tradit Garcia, p. de benef. cap. 4. n. 298. Et textus in cap. querela, Et i. consultationibus, probant nostram doctrinam. Quatum argumentum esti probet eadem inconveniens sequi, ex eo quod caro titulo careat iurisdictiones, sequeuntur ex eo quod habens titulum inuidum illa careat. At cum in iure non inueniatur fundamentum ad concedendam iurisdictionem careat iure, ac illi qui habent, ea de causa concedenda non sit. Ade non sequi eadem inconveniens, cum in habente titulum facilius possit populus decipi, quam in carente illo. Quinto argumento iam factis factum est, admittimus namque in notario, sicut in teste, sufficiere quasi possessionem ab aliis titulo, ob ea que diximus n. pre-reddenti, & de teste probat lex. 1. C. de testam. Secus in aliis iudicibus iurisdictionem habentibus.
3. Quid si ante presentationem, seu beneficij præsumptionem mouentur iuri inter presentatores, electores, seu primi fore, sub distinctione respondetur.
4. Sententia data contra proutiores beneficiorum neque prodit, neque nocet prouisio.
5. Sequester, an beneficia prouidere possit. Proponitur triplex sententia, & tertia affirmans sequesterum validem, & annexam beneficiorum prouisio, posse beneficia prouidere, ut probabilitate eligitur.
6. Fit satis oppositus rationibus.
7. Sequester, cui beneficiorum prouisio competere possit, debet esse clericum.
8. Conduxit non videtur posse beneficia prouidere.

1 Cetera est resolutio licet, & validè beneficia conferte posse prælatum, qui est in possessione iuris conferendi, eligendi, vel præsentandi: habetur expedit cap. cum olim, cap. cum Ecclesia Satrina de cau/a posse, Et propri. & tradit. Gloss. 161. & doctores omnes, ut testatur Gonzal. 1. 45. §. 2. à n. 4. Garcia, p. de benef. c. 5. n. 1. & diximus supra hæc d. p. par. 3. cum ratione: quia illi fructus debitus possessorum: debet autem in possesso habere bonam fidem, reg. possessor, de Reg. iuri, in c. cap. fin. de præscriptione. Couar. reg. professor, 2. p. 5. n. 1. Lamb. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 3. ar. 10. num. 3. Hæc bona fides prouidetur, quona iusto titulo, probabilitate ratiōnibus, aut Garcia num. 87. possessione acquista sit, ut aliis allegatis docet Garcia num. 87. Acquisitum tamen, si acquisitum sit cautrum, villa, dignitas, beneficia, cui est annexum ius præsentandi, eligendi, vel conferendi, quia acquisito principali, & accessoria acquisitum, sic Nauarus conf. 2. de iure patron. Garcia, p. de benef. c. 5. n. 3. Et seqq. Secundò acquisitum, si haec sit defuncti quem contineat in possessione fuitis conferendi; quia iura defuncti transeunt in heredem, etiam abique noua apprehensione, se exercit. Gut. conf. 3. n. 2. Garcia, n. 37. & colligitur ex l. iure heredit. p. de acquir. poss. Tertio acquisitum ex vno actu collationis, electionis, vel præsentationis ad effectum perducta, ut ex præstatu ex vi illius fuerit institutus, eiusdem fuerit continuatio & is, cui beneficium est collatum, possessionem accepit, fructus que percepit. Cou. præst. cap. 14. n. 2. Gonzal. 1. 37. Garcia, p. 67. 99. Et seqq. Quod si possessor conferendi alii contraria dicta ex quibus intelligitur acquisitione, debent esse cum sententia, sententia illorum, quibus prædicatur, ut claret probat l. 1. c. de sequestribus, & aqua & multis allegatis docet Garcia, p. de benef. c. 5. n. 109. Gonzal. gloss. 45. §. 2. n. 12.

2 Sed quid si confiteri hunc præstatum, qui est in possessione iuris conferendi, non habere verum ius, sed penes alium præcipitatem existere, removendus est à præsentatione, electione, collatione, qui sit fuit a possidente electus, præsentato, vel instituto? Quia in se certum est, institutio, confirmatione, vel collatio facta est, antequam declaretur proprietatem ad eam pertinere, nequam removeri posse, quia ex institutione confirmatione, vel collatione ius perpetuum in beneficio acquisitus, si ibi absentia de prob. in 6. & notauit Garcia, p. de benef. c. 5. n. 31.

At si declaratio facta est post præsentationem, vel electionem factam, ante institutionem, confirmationem, vel collationem, communis sententia tenet cassandum esse præsentationem, vel electionem, neq. institutionem, confirmationem, neque posse. Abbas in e. consultationib. de iure patron. n. 9. Lambert. de tur. patron. 1. p. lib. 2. q. 1. ar. 6. Ioan. Gut. conf. 14. in fine & alijs relati à Garcia, c. 5. n. 4. & à Cou. præst. c. 14. n. 2. in fin. co quod electus, vel præsentatio facta ab eo, qui tempore præsentationis, vel electionis est in possessione præsentandi, vel eligendi, valid est & ius electo, vel præsentato confiteri, non igitur ex subsequente sententia infirmari debet. Neque obstat, fructus exstantes restituendos esse proprietario, qui vincit possessorum. Quia respondeo, post factam electionem, vel præsentationem, iam non extare hos fructus penes possessorum, sed respetu illius esse consumptos. Neque item obstat proprietatem absolvere possit, siem.

DE
CASII
PAL
TO

gōnem, cū elatē de proprietate constat, c. cū dīct. de causa possit. & propriet. Quia id intelligitur respectu futurorum encūnum, non præteritorum; ac proinde respectu electionum, & prælectionum subsequentium, non illarum, quia facta sunt.

5 Quid si ante præsentationem, electionem, aut beneficij prouisionem mota sitis inter presentatores, electores, aut prouisores de iure conferendi? Distinguendum est si lis mouetur super possessione; quia dum non constat quis eorum possidat, nullus sibi possessionem arrogare poterit, quoque lis finitur, alias vnu alteri contariis est, & vnuquisque sibi ius in propria causa dicere. Et idem est si lis mouetur super proprietate nemine existente in possessione. Quia cum omnibus equalē ius dubium competat; & omnes prouidere in solidum non possint? efficiat lāne expectandum esse līis euēnū. Quod si intra semestre, vel quadrimestre non decidatur, devolutur prouisio ad iuricidem cap. quoniam cap. verò c. cum proper. de iur. parr. At si aliquis illorum in possessione existit, & causa agitur super proprietatem, ius conferendi ad possessorē pertinet: neque ex iure attenacis amittere debet possessionis fructus, iuxta text. in c. i. ut litigante, in s. sic Garc. alius, relatis, p. 32. de benef. c. 6. num. 22.

Negat obstat tex. in c. Cumana de elect. vbi cappellani erant in possessione eligendi & vacante Ecclesia mota fuit eis quia sicut lāne eligendi, & non valuit corum vox, quia non docuerunt deute proprio. Non inquam debet, quia vi dicit Ioan. Andib. & Gloss. marginalis in c. ex literis. de iur. parr. sicut facta possest contra cappellanos, cui protestationi ipsi consentiant. Praterea non sicut certum esse in possessione legitima. Adeo itam fuisse eorum electionem, quia non fuit à maiore parte, & qua fuit contra constitutionem concili generalis relata in cap. quia proper. de elect.

4 Adiutor tamen cum Cou. cillo 14. n. 2. sententiam latam contra electores, vel presentatores aut prouisores beneficiorum negat necesse, nequod prouisus electis presentatis, aut prouisus sive ignoranter, sive sciencie, quia est res inter alios acta. Ut autem prouisus noceat, debent ipsi vocari in iudicium, & ibi pronunciari non esse legitimè prouisus, ex quod prouisores non faciunt in possessione conferendi. Nam etiam constet proprietatem non habuisse, eaque de causa possessione excludantur: si tamen tempore prouisionis fuerint in possessione, electio, præsentatio, collatio, & institutio firma perficit. Quia fuit illegitimè facta, & videtur tener. Garcia 5. p. de benef. c. 6. n. 32.

5 Rufus de sequestre dubium est, ut beneficia conferre possit: Sequestrem voco cum apud quen res litigiosa deponitur seruanda ei qui iure vicerit. l. sequester. de verb. signific. l. ai apud quem. & l. propri. & l. iure. ff. depositi Duplex est sequester, alter voluntarius, alter necessarius. Voluntarius est, qui ex voluntate litigantium designatur a iudice. Necesarius, qui contra voluntatem litigantium a iudice constituitur l. licet. ff. de positi. de hoc ergo sequestre voluntario, & necessario controveretur, an beneficia prouidere possit.

Quia in re triplice est sententia. Prima negat de vero sequestre. Quia sequester non possidet rem sequestratam, neque illam nomine proprio administrat, sed alieno, ut constat ex l. intercess. ff. de acquir. possit. l. Cod. de sequestrat. possit. Sed in presenti nomine alieno fieri prouisio beneficij non potest; quia dum est sequestrum non constat, cui competit ius prouidendi. Secundo sequester fructus rei sequestrata obligatus est seruare victori, cap. cum Beroldias de sentent. & re iudic. cap. 1. de sequestr. possit. l. clem. 1. codem 111. Sed prouisio beneficij est fructus rei sequestratae. Ergo seruanda est victori. Tertio sequester comparat creditoribus habenti pignus, cui est annexum ius prouidendi, sed hinc creditoris nequit ius prouidendi competere. cap. cum Beroldias de re iudicata. Ergo neque sequester; & ita tenet Hostiens. Butrus. Abbas in cap. examinata; de iudicis. Baza de decima tutori praefanda, cap. 10. numer. 17. Cœuallos quod. 740.

Seconda sententia distinguat de sequestre voluntario, & necessario. De sequestre voluntario affirmat prouidere beneficia posse, secus necessarium: sic Ioann. Schol. de benef. 2. cap. 9. Robusti de nominis. q. 14. num. 417. & 128. alias 76. Petri Gregor. de benef. cap. 38. n. 18. Mouentur, quia sequestri voluntario competit rei sequestrata possit, secus necessario, ut tener communis sententia cum Battol. in l. iure. c. 1. de sequestrat. possit. Abbas in clem. 1. de sequestrat. possit. num. 13. Gregor. Lop. leg. 1. tit. 9. part. 3. verbo auenientia, & alii relati a Garcia 4. p. de benef. c. 6. n. 18.

Tertia sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, affimat sequestrem villar, castri, dignitaris, beneficij, quibus est annexa alicuius beneficij prouisio, beneficium prouidere posse: sic pluribus firmat Azor. 2. p. instit. mor. lib. 6. cap. 25. q. 17. fin. Ioann. Gutierrez de ruelis. 3. part. cap. 7. num. 17. & 18. Gonzalez gloss. 13. num. 17. Nicol. Garcia 5. part. de benef. cap. 6. à n. 1. & seqq. Ratio est, quia sequester rei sequestrata ad ministracionem habet, non solus quoad temporalia sed etiam quoad spiritualia item, ut de sequestrat. possit. & fructum: sed ad rectam illius administrationem pertinet, ut iura illius exequatur, ut tradit Ferdi. de Castro Sum. Mor. Pars I.

Glossa in suprad. clement. Ergo ad sequestrem pertinet beneficium prouisio rei sequestratae auctoritate.

6 Neque obstant contraria. Ad primum primæ sententiae concedo sequestrem rem sequestratam administrare non possit nomine illius, qui in causa victurus est, eo quod sub iure est, & prouisus ignoratur, quis sit victurus. Administrat tamen nomine iudicis, & superioris, qui illum verum administratorem constituit. Ad secundum facio, sequestrem obligatum esse seruare victori fructus rei sequestratae, qui seruari possunt, & ex quotum consimiliori redditus dicitur sequester, ut beneficij prouisio non est fructus qui seruari potest: cederet enim in gravi Ecclesiæ dampnum, si referuerat prouisio beneficij vñque ad illis decisionem. Neque est fructus, qui sequestrem ditionem reddat, Ergo non est seruanda victori. Ad tertium nego, sequestrem esse omnino similem creditori pignoris: nam pignus certum dominum haberet, seu vero sequestrum; eaque de causa creditoris pignoris non conceditur beneficia prouidere; quia est dominus certus, qui prouidere possit, concedit, nam sequester quia non adest certus dominus, sed dubius.

7 Notandum tamen est sequestrem, ut possit beneficiorum prouisiones annexas rei sequestratae facere, debet esse clericum, & non laicum, quia laicus incapax est iuri spirituali. Quod intelligentius est de iure spirituali proprio, & per se, quia est electio, institutio, confirmatio, collatio, & prælamentatio Ecclesiastica: hæc enim in laicum cadere non possunt cap. can. 3. de prescript. c. 2. de indicis. Quocirca si apud laicum sequestretur Ecclesia prælatura, dignitas, beneficium, quibus ius prælamenti, confundi, eligendi annexum est, nequaquam possit ipse laicum taliter ius exequi: quia non constituit sequester in spiritualibus continuitus, sed solus in temporalibus: sic Azor. 2. part. instit. moral. lib. 6. cap. 25. q. 17. in fine. Garcia 5. pars. de benef. cap. 6. à num. 13. Dixi laicum incapaci esse iuri spirituali proprio, & per se, ut tacite insinuarem iuri spirituali rei temporali annexi capacem esse. Quapropter si apud laicum sequestretur villa, castrum, seu alia bona, quibus ius prælamenti annexum est pro certo existimo præsentare posse, sciri iure finita dominus villa poterit, eto laicus sit præsenter. Et idem est si ius prælamenti laicale de per se sequestretur. Garcia supra n. 5.

8 Tandem de conductore dubitari potest, an beneficia possit conferre? Ratio dubitandi sumitur ex cap. ex litteris. de iure pignoris, vbi conductoris præsentatio valeret. Sed dicendum est conductorem propriè ne quaquam possit beneficia conferre: quia adest dominus qui conferat; & in conductione non intelliguntur fructus spiritualia concedi: sic Azor. 2. 2. part. institut. moral. lib. 6. cap. 25. quasi. 18. Greg. Lop. leg. 19. tit. 15. part. 1. in prima Ioann. Gutierrez 3. part. de iure. cap. 29. n. 16. Gatt. 2. part. de benef. c. 6. n. 10. Negat obstat ex. litteris, quia ille miles non erat propriè conductor villa, sed emphyteuta, cui vii dominium rei emphyteutica competit, & consequenter ius prælamenti, nisi in contractu exceptum fuerit.

P V N C T V M X X I X.

Qua ratione capitulo sede vacante competit beneficiorum collatio.

- 1 Tenetur intra octo dies eligere vicarium; alias deuelutetur electio.
- 2 Poteſt unum, vel duos designare.
- 3 Non est necesse, quod sis de capitulo.
- 4 Qualis eligendus sis.
- 5 An in vicarium designatum transferat capitulum omnem iurisdictionis probabilius est non habere ampliorem iurisdictionem, quam vicarius Episcopi.
- 6 Si intra octo dies non designatur vicarius, potest capitulum morato purgare, si id a quem sit deuelutio, non designaverit.
- 7 Constituirum vicarium probabilius est absque legitimis causa renoveri non posse.
- 8 Capitulum in collatione beneficiorum pertinentium Episcopo nullam posse statim habere, excepis casibus a iure expressis.
- 9 Quae in iure excipiuntur.
- 10 Beneficia, que iure deuelutio a Episcopum pertinent, sibi aliqui affirmant competit capitulo; verius est oppositum.
- 11 Quod de beneficio parochialibus, quia per cōcūsum prouidentur; & proponitur affirmativa pars.
- 12 Sed contraria est dicendum.
- 13 Beneficia patrimonialia non possunt à capitulo prouideri.
- 14 Satis difficiliter n. 11. relata.
- 15 Beneficia resignata nequaquam capitulu prouidere potest, esto posse admittere resignationem.
- 16 Proponitur quadam obiectio. Et si illi faretur.
- 17 Beneficia permixta, aliqui affirmant posse capitulum prouidere.
- 18 Probabilius est oppositum.
- 19 Sit satis contraria ratione.

20 Excipitur ab aliquibus permutatio, que viuente Episcopo admissa est. Sed non approbatur.
21 Qualiter capitulum beneficia commendare posse.

Premto capitulum sede vacante obligatum esse intra octo dies à notitia vacationis eligere vicarium, vel existentem confirmare, qui saltem in iure canonico sit doctor, vel licentiatu. vel alias quantum fieri possit idoneus, in quem iurisdictionem sibi datum transferat. Alioquin si suffraganea sit Ecclesia, devoluerit electio Metropolitano Episcopo. Si vero Metropolitana sit, aut exempla, antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempla potest vicarium idoneum constitutere; sic Concilium Trident. sess. 24. cap. 19 de reformis.

2 Tenerit capitulum designata vicariam unum, an vero possit duos, vel plures designare. Non deciditur à concilio. Relinquitur ergo dispositionis iuri communis, ac proinde potest, maximè si viuente Episcopo consuetudo praescripsit erat, quod duo essent vicarii; & ita in praxi vidi receptum in pluribus Ecclesiis in quibus sedis vacante designabantur duo vicarii, eam tamen sede plena unus tantum designatus esset. Sic Francile. Pauli tract. de potest. cap. sede vacante. 2. part. q. 10. num. 6. Azor. 2. part. lib. 3. cap. 37. quist. 18. Ludovic. Mol. tract. 5. de iust. dispu. 11. num. 1. Quaranta sum. bullar. verbo capitulum sede vacante. n. 9. Garcia 4. pars de benef. cap. 7. n. 36. Barbola de potest. episc. alleg. 54. n. 165.

3 Non est nec statutum, quod designatus vicarius sit de capitulo, qui nullius capitulo tale onus imponit. sicuti neque Episcopo, & sepe ita fieri conuenit, ad li beris iusticiam administrandam; immo aliquando est nec statutum, si forte in capitulo non repertetur idoneus. August. Barbola in declarat. concil. ad pred. cap. 17. num. 2. & dicta 3. part. allegat. 54. num. 19. Anton. Genouel. 8. alias 56. Quaranta sum. bullar. verbo capitulum sede vacante, num. 6. Gare. dicto. cap. 7. num. 13. Mol. tract. 5. diff. II. n. 1.

4 Debet tamen esse doctor, vel licentiatu in iure canonico si inueniri potest; alias eligatur quantum fieri possit idoneus. Quod si omittatur gradus, cum facile haberi possit, & eligatur carens eo titulo, credo probabilitate nullam electionem, ut ipso factum contra formam à concilio praescriptam, & superiori deoluti. Sic Genouel. Barbola, Quaranta supra & Garcia à num. 6. qui num. 14. & seqq. optimè adiutavit reprobandum esse abutum aliquarum Ecclesiastum eligentium sede vacante duos vicarios, unum in iure canonico doctorem, vel licentiatum, qui causas expedire possit: alium theologum, seu non graduatum ad expeditionem inceptum, qui medietatem emolumenorum officij recipiat: et enim talis theologi in vicarium designatio iniqua, & nulla; neque theologus haberet titulum ad recipienda illa emolumenta: imponeat autem legitimè vicario unus diuidendi lucrum cum vicario praesumptivo, vel cum aliis est iniustitia, & simonia. Deinde non est opus in huic vicarii electione, quod servetur forma electionis, praecirca in cap. Quia propter. de electione, sed quomodoque fia sua publice, siue per vota secreta tenet. Quaranta sum. bullar. d. verbo ca. iu. l. f. de vicante circa finem Gare. 5. p. de benef. cap. num. 21. testifico sic declarasse faciem concilii congregatiōnem. Verum si datemus casum (qui moraliter est impossibilis) ut non inueniantur neque in capitulo, neque extra, qui munus vicarii per se recte obire possit, debet capitulum ei consultorem doctorem designare, aut ipse designatus vicarius illum assumere partibus non suscepit, ut sic suo munere satisfaciat; Barbola in revisione concilii. 54. cap. 16.

5 Haec vicarii designato commitit capitulum iurisdictionem, quia illam per se exercere non potest. Sed an omnem iurisdictionem, quam habet transferat in vicarium ex sola designatione, an solum respectu illarum rerum, que speciale mandatum non requiriunt, non est contumta sententia. Atque affirmant omnia iurisdictionem, capituli translatam esse in vicarium? quia capitulum solum habet designare vicarium; at concilium transfert in vicarium designatum iurisdictionem absque via limitatione: sic Marc. Anton. Genouel. in praxi. cap. 84. alias 86. n. 3. & 5. & indicat Vgolin. de censur. tab. 1. c. 10. n. 2. n. 4.

6 Probabilis est ex sola designatione non habere vicarium capitulo ampliorem iurisdictionem, quam habet vicarius Episcopi, sed indigere speciali commissione ad ea quae requirunt speciali mandatum: sic Quaranta sum. bullar. verbo capitulum sede vacante. quist. 2. Gnum. 15. verbo circa quam commissio nem. Pauli. de potest. cap. 2. pari. quist. 10. num. 17. Gare. 5. parte de benef. cap. 7. n. 19. Barbola 3. p. de potest. episc. alleg. 54. num. 18. in fine. & num. 17. Ratio est, quia concilium solum statutum eligendum esse vicarium à capitulo: quod autem debet omnem capitulo iurisdictionem habere, non decidit. Ergo sine fundamento affirmatur. Additum confilium permittens vicario ab Episcopo etiam confirmare, ratiōne insinuat facta confirmatione tandem iurisdictionem habere ac ante, & non ampliorem: quia confirmatio nihil de noto tribuit, sed quod ante erat firmata, & roborat leg. Aurelius 8. in testamento ff. de liber. leg. 8. & docet Rota apud Falaiz. in nouissim. decisione.

199 num. 10. & decisi. 592. num. 3. Neque est verum à concilio datam esse vicario iurisdictionem. Quia concilium nec minus, nec mutauit capitulo iurisdictionem, sed solum statuit modum quo illa iurisdictionem habet, scilicet per vicarium designatum. Quia autem iurisdictionis vicario effe trascenda, capitulo liberum relinquit. Alias si vicarius capituli à concilio, & non à capitulo habet iurisdictionem, nequaquam vicarius capituli duci potest, neque illius vices getere, sed concilii; vel Ecclesie. Sunt. tom. 5. in 3. part. dispu. 7. sed. 3. num. 13. Gare. 5 part. de benef. cap. 7. n. 2. Barbola 3 part. de potest. episc. allegat. 4. n. 180. Quod non solum vicario designato à capitulo procedit, sed etiam in vicario designato à Metropolitano ob negligientiam capituli. Quia ob huius negligenciam solum habet vicarium designare Metropolitanus & iurisdictionem communem, & solam concedi à capitulo illi concedere independentem à capitulo voluntate. At non aliam iurisdictionem concedit, nisi iurisdictionem capituli; quia ad ipsum non devolutum capituli iurisdictionis, sed vicarii designatio. Quare suspensus capitulo & vicarius suspensus erit; vt tradidit Quaranta, Gare. Sunt. Barbola supra. Forma commissionis, qua solet vicario à capitulo concedi, tradidit Quaranta supra vers. duodecima. Barbola num. 153. apud quos eam videre potest.

7 Duxi capitulum obligatum esse intra octo dies, quo concilium habuerit vacationem Ecclesie, vicarium designare; alla Metropolitano designatio devolutum. Sed an haec devolutio impedit, ne capitulo possit mortam purgare, & vicarium defnoscere. Affirmat Quaranta in sum. bullar. verbo capitulum sede vacante. n. 4. Sunt. tom. 5. de censur. dispu. 2. sed. 3. n. 3. Quia potest negligientiam capituli conceditur à concilio, Metropolitano nominandi vicarium. Ergo priuari à capitulo iure non potest nisi autem capitulum adhuc posset vicarium nomine, priuare capitulum potest iure quesito. Item ob negligientiam capituli transire concilium eius potestatem in Metropolitano. Ergo nulla ratione potest nominare, quia priuari potest.

8 Ceterum probabilius credo nominate posse: sic Garcia 5. p. de benef. cap. 7. n. 7. Ratio ea est, quia ad Metropolitano non potest nominandi priuati, sed cumulari. Tum quia haec devolutio non est alienus beneficii Ecclesiastici, sed officii: ac proinde non est necesse, quod naturam devolutum beneficium sequatur, praesupponit cum sua constitutio potest. Tum quia plura concilia ob negligientiam Ecclesie Metropolitano, vel exempli solum dicit, vt antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempla economen, & vicarios idoneos possit constitutere. Cum autem nihil diei de priuatione capituli, efficitur capitulum priuatum non esse potest nominandi vicarium, isto ob eius negligientiam alias habentes concessa sit.

9 Major dubitatio est: an constituto vicario possit ad omnium capituli regocari? Plures doctores sententia reuocari possunt alii relatis Barbola 3. de potest. episc. alleg. 54. num. 170. & in declarat. concil. ad cap. 16. sess. 24. vbi refert a sacra coagitatione sic declaratum est: Motina est iustitia, nat. 5. diff. 11. n. 1. Azor. 2. part. in ist. moral. lib. 3. cap. 37. quist. 18. Ratio est quia vicarius gerit vicies capituli; & nomine ipsius iurisdictionem exercet. Ergo convenienter est ut à capitulo pendeat in exercitio. Et confirmat. Capitulum, cum vicarium delegat, residuum est designare ad suum beneplacitum: quia hic motu designationis illi convenienter est, vixit, à sua voluntate magis pendens. Ergo mutato suo bene placito cessat designatio & consequenter vicarii iurisdictionis, sicuti si vicarius delegatus est ad certum tempus, scilicet pro sex mensibus, illis transierit vicarius, nisi denouo confirmaretur.

Nil illo nonius censio verius. vicarium designatum ad beneplacitum capituli non potest abfugere legitima causa à capitulo remoueri, neque designatum pro limitato tempore illi detinente. Moreo; quia beneplacitum, sub cuius conditione designatur vicarius, debet esse rationabile, iuris conforme, sed in officiis iurisdictionem continentibus sic non est, quoniam de causa legitima renocationis constet, vt comptabat Gulielmus Benedictus. In cap. Rayninus de testamenti. verbo duas habens p. l. 11. n. 39. Boetius decisi. 149. Burgos de Paz. conf. 11. n. 5. & seqq. Pelaez de maioribus. 4. p. q. 10. n. 3. & seqq. Ergo vicarius designatus à capitulo, sub capituli beneplacito reuocari nullatenus potest abfugere causa cognitione. Praterea designatus à Metropolitano ob negligientiam suffraganei nequit reuocari, nisi inutilis est Metropolitani designatio: si quidem ea facta reuocari à capitulo potest. Ergo neque designatus ex suffraganeo potest ab ipso reuocari pro libito: cum ab utroque eadem iurisdictione concedatur. Deinde haec impotencia reuocationis recto Ecclesie regimini conuenienter est; si enim vicarius pro libito capituli reuocari potest via capitulares audiret ob excessu punire, & suo officio satisfaciere. Ne igitur hoc in cognitione sequatur, dicendum est continuo vicario reuocari nullatenus posse durante constitutione tempore: & ita tenet Marc. Anton. Genouel. cap. 48. ali. as. 86. n. 4. Quaranta sum. bullar. verbo capitulum sede vacante n. 3. Garcia 5. p. de benef. cap. 7. n. 2. rebusque ex Genouel. in sacra congregatiōne sic decisum est: condescendit que

qua tradit Matienzo leg. 6. tit. 10. lib. 5. compilat. gloss. 2. & Gattier. lib. 3. præf. q. 11. n. 2. & 25. affirmantes officiales creatos ad beneficium centri perpetuos. neque posse absque causa cognitionis reuocari. ergum leg. iurisperios. in princ. ff. de excommunicacione. His positis.

8 Quælio est. quam potestatem habeat capitulum in collatione beneficiorum? Et dicendum est in beneficiis. quæ sunt de collatione Episcopi; eto capitulo consensu. vel consilium requiratur. nullam potestatem habere. exceptis aliquibus casibus à iure expressis; sic doctores omnes statim referendi. Nam licet verum si capitulo succedere Episcopo in iis. quæ Episcopo iure ordinario competunt: cap. cum olim. de maior. & c. obedient. & c. unico. eodem titulo. in 6. cap. ad abolendam. d. Hereticis. c. penit. & fin. de suspienda neglig. præf. in 6. & extra iung. excusabili. vers. ceterum de præbendis. At quia collatio beneficiorum ab hac regula excepta est. cap. 2. ne sede vacante. & cap. unico. eadem titul. in 6. & cap. 1. de institutione. eodem lib. ea de causa nequit capitulum. se in haec prouinciam intromittere. Ratio huius prohibitions ea est. quia beneficij prouisio. est illius liberalis donatio. sicutem ea ex parte. quia huic posuit. quam atteri sit. idemque inter fructus Episcopalis dignitatis computatur. convenient ergo vi successori referetur. Et hoc verum habet. esto beneficium viuentis Episcopo in mente ipsius vacauerit. neque ab illo facit prouisum. vt bend adiutet Molina tractat. 5. de iust. & iust. 11. numer. 11. in fine. Supradicta doctrina non solam de propria collatione. sed etiam de electione. vel presentatione ad Episcopum spectantibus intelligenda est: quia sunt fructus Episcopalis dignitatis. & prohibito generalis est. Francise. Pauin. 2. part. de potest. cap. quæst. 5. sub numero 3. & 4. Lambert. de iure patron. lib. ro secundo & quæst. 2. artic. 4. Azor. 2. part. institut. moral. lib. 3. cap. 3. quæst. 10. Garcia 5. part. de benefic. cap. 7. numer. 52. Dixi in beneficiis. quæ sunt de collatione Episcopi. Nam sini simul de collatione capitulo. potest capitulo defundere Episcopo. aut omnino impedit prouidere: quia tunc vitetur iure suo. & tota confiderent potestas ad capitulo transferitur: habetur capitulo primo ne sede vacante. in 6. & tradit Panormit. cap. illi. eodem titulo. num. 4. Azor. 2. part. lib. sexto. cap. 25. quæst. 13. Molina tractat. 5. de inst. disp. 11. num. 13.

9 Præterea dixi exceptis aliquibus casibus à iure expressis. Nam expressum est in iure ipse capitulo sede vacante electionem factam confirmare. dicto cap. cum olim. de maior. & c. obedient. Item posse instaurare presentaciois a patrionis. cap. prima de inst. iur. in 6. & notavit Azor. super question. 2. Molina de inst. iur. tractat. 5. disp. 11. num. 13. Garcia num. 54 & alii apud ipsos. Institutio namque. & confirmatione non est tam donatione beneficiorum. quam donationis factæ necessaria confirmatione. & approbatio. Quod verum habet etiam eam quæ eligerentur. vel præsentaretur plures æquæ idonei. & locis esset gratificatione. adhuc potest capitulo hanc confirmationem. vel institutionem facere. Quia abolitione necessaria est. & obligatoria; tametliber sit quod per sonam electam: si quidem ea commissa alia eligi poterat. Francise. Pauin. de potest. cap. sede vacante. p. 9. in fin. & quæst. 5. num. 5. Garcia 5. p. de benefic. 1. 7. num. 75.

10 Difficultas est. an beneficia. quæ iure devoluta ad Episcopum pertinet. competant capitulo? Affirmant Ioann. Andr. Dominicus Franciscus in capite quamquam. de elect. in 6. Zerulus in præ. part. verbo cap. ultim. § 5. & in 2. part. § 10. Zechus de benefic. & pens. n. 5. capite 5. numero quinto. Molina tractat. 5. de inst. disp. 11. numer. 12. Ra ionem subdit Molina. quia propter beneficium devolutum actus est. E. i. copiale iuridictionis omnino necessarius ad rectam dictionem administrationem. sed in iurisdictione ecclesiastica Episcopi succedit capitulo sede vacante. ut tradit glossa communiter recepta in elem. 1. § 1. verbo capitulo. de Hæres. Ergo sicut est in hac beneficiorum proportione.

ſcriptis, beneficia poſſideſſe, & ad illorum prouinciationeſ
executoris iudices deignat: videndum eſt, quæ littera ſint,
& quæ executorum potestas, & quæ ad corum processum re-
quirantur.

§. I.

Quæ sint litteræ Apostolicae pro beneficiis vacan-
tibus, & qualiter concedantur.

1. *Rescripta Pontificia alia sunt in forma gratiosa, alia in forma digni. Et quæ hec sint.*
2. *Alia vocantur grata, si neurii, si alteri, si nulli.*
3. *Alia dicuntur rescripta, Rationis congruit.*
4. *Alia nuncupantur noua prouisio, alia simplex prouisio.*

Litteræ Apostolicae, seu pontificia rescripta de beneficiis vacantibus sunt in multiplici differentia. Alia expediantur in forma pauperum, quia paupertas allegata de beneficio prouideris, quæque vocantur rescripta iustitiae non quia obligavit Pontifex ea concedere, cum ea gratis, & liberaliter praestet. Sed quia iustissimum, & exquisitum est, ut pauper eleto, & ad ordinem promoto beneficium concedatur. Itemque vocantur rescripta secundum Apostolicam, quia eorum initium est, cum secundum Apostolicam qui alii ferunt, &c. Alio vocantur rescripta gratae, quia nulla paupertas mentione facta beneficia concedantur. Deinde aliae ex supradictis litteris Apostolicis nuncupantur in forma gratiosa, aliae in forma digni. Informa gratiosa sunt, que prouidum dignum beneficio supponunt, in forma digni, que dignum petunt post diligentem examinationem iusueniti.

2. Pateræ sunt alia rescripta, seu litteræ Apostolicae, quæ vocantur, si alteri, si neutri, si nulli, eo quod hanc clausulam contineant. Rescriptum namque si alteri est, cum super aliquod beneficium cum altero litigias, & mentione litis facta impetrat à Pontifice, ut tibi beneficium conferatur: tale rescriptum, quia clausulam, & condictum habet, si alteri ius in beneficio quæsumum non fuerit, sicut rescriptum, si alteri. Rescriptum si neutri, est cum iure litigante, & tertius impetrat à Pontifice, ut ibi beneficium conferatur ea conditione, ut neutri litiganti ius quæsumum fuet. Rescriptum vero si nulli, est cum plures litigant, ut vobis impetratis à Pontifice beneficium, si nulli eorum ius in beneficio competit. Hæc autem rescripta, si neutri, si nulli, si alteri item in beneficio supponunt, ut de se constat, & illius mentio necessario facienda est, ut rescriptum impetrari possit. Azor. 2. part. infit. moral. libro septimo, cap. 32. quæst. 8. Item eis durante lice impetrantur, ut effectum forent non possint, quoque lis finita fuerit, & declaratum ius in beneficio, vel ad beneficium non competit; Alteri, Neutri, vel Nulli. Nam durante iuri sua in beneficio, sicut ad beneficium rescripta, impetrantibus non prouident. Quia Pontifex non intendit iuri quæsto derogare, & beneficia cum aliorum damno prouidere, iuxta reg. Cancell. 16. de non tollendo ius alteri quæsumum. Rebuffi in praxi benefic. 1. tit. de rescriptis, si Neutri, &c. 10. Azor. supra.

3. Rursum est aliud rescriptum Pontificium vocatum *Rationi congrui*, eo quod illa verba sunt illius initium. Hoc autem rescriptum supponit Pontificem prædecessorem gratiam concessisse, per scripturam tantum ab ipso signatam, vel saltem per verbum pati, neque illam gratiam existimat esse, non tamen litteras expedit: successor vero cognoscens testium probatione hanc gratiam esse factam; litteras expedit hoc tenore. *Rationi congrui*, conunit honestati, ut ea qua de Romani Pontificis gratia, &c. Rebuffi, prax. benefic. part. 1. tit. de gratia rationi congrui. Azor. 2. part. lib. 7. c. 3. q. 7. Quocirca in impetratio huius rescripti ea omnia exprimenda sunt, quæ in prima impetratio necessario fuerint expressa. Quia est rescriptum autoritatem præbens primæ concessionis, Rebuffi. n. 22. Azor. q. 10. Dixi hoc rescriptum concedi à successore, quod non est ita intelligendum, ut necessario debet esse immediatus: nam eto mediatus sit, concedere rescriptum potest, cum eadem si ratio, Azor. q. 11.

4. Item est aliud rescriptum vocatum noua prouisio, aliud vocatum simplex prouisio. Rescriptum vocatum noua prouisio, est, quo Pontifex prouisioem ab inferiori factam confirmat, eo quod impetrans dubius aliquipotest est, an prima prouisio effectum habeat. Quocirca ad hoc rescriptum obtinendum necessarium est, ut impetrans ignorans sit nullius prioris prouisionis, imo potius requiriatur, ut præsumatur, esto dubitante primam prouisionem validam esse, cuius apud Pontificem mentionem facere debet; quia in illius confirmatione rescriptum impetrar. At si sucessu temporis prima inferioris prouisio nulla esse declaratur, non obinde nova prouisio à Pontifice facta perit, quia est æque principalis, ac prima quoad substantiam, esto quod concessionem accessoria esse videatur. Hoc rescriptum novæ prouisionis dari non solet frequenter, ut colligitur ex sexu in cap. quin. & cap. post electionem de concess. præbenda. Excipiuntur tres causæ, videlicet vno beneficiorum, cum dubitatur, an legitime fuerit facta ab inferiori beneficiorum, seu præceptoriarum S. Ioannis Hierosolymitanæ, & aliarum factarum militiarum prouisio, & sanctimonialium electio: pro reliquo vero causis non solet hoc rescriptum concedi, ut la-

tius hac omnia prosequitur Rebuffi. *Praxi benefic.* 1. part. titul. de noua prouisione & simplicitate numeri primo & seqq. Azor. 2. part. infit. moral. lib. 7. cap. 31. q. 7. Simplex vero prouisio est, quæ nullam aliam validam prouisionem supponit, solumque iusta facta beneficij vacancis conceditur: sic Rebuffi, & Azor. supra.

Denique est rescriptum à Pontifice concessum vocatum, *perinde valere*, eo quod virtute illius concedit Pontifex, ut retemperatur in se concessum, quod ex aliquo capite nullum fuit, vita obtineat, & perinde valeat, ac si principio validè expediret suisset, nullusque in illius impetratio defectus committatur. Quapropter ea omnia, ob quæ primum rescriptum valere caruit, in hoc secundo rescripto nuncupato, *perinde valere*, exprimenda sunt, alioquin nullus effectus erit. Azor. 2. part. infit. moral. lib. 7. cap. 31. quæst. 1. 3. & 4. & seqq. Quod si insuper aliud impedimentum contrahit, eo quod concilii nullitas prioris prouisionis possessionem accepit, sicutus beneficij in sui utilitate consumptus, obligatus est huius intronis mentionem facere, Azor. quæst. 5.

§. II.

Qui sunt executores litterarum Apostolicarum, & quæ eorum potestas.

1. *Qui soleant executores gratiarum designari.*
2. *Qualis sit hoc designatio.*
3. *Debet esse canonici Cathedralis Ecclesie, vel in dignitate constituti.*
4. *Eligitur hic index per presentationem authenticam litterarum originalium, vel alias authenticarum.*
5. *Si hic designatus index prouisionem facere omittit intra 10. dies designatus, potest prouisus ad secundum executorum recurrere.*
6. *Si insit primus executor denegat prouisionem, non potest secundum recurreri.*
7. *Quatinus duxit executorum potestas.*
8. *Prouisus si sensit se gravatum a primo executor, neque potest ad secundum recurrere, necessario ad Pontificem recurrere debet.*
9. *Excepit Garcia, si denegetur prouisio ob reprobationem ex-ministrorum, sed non admittitur.*
10. *Si prouisus effus ab ordinario, & prouisus Apostolicum non perturbat, quid tibi faciendum est?*

1. Nec prouisores beneficiorum non inservium locum testam, iij, quibus à fidei Apostoli commititur exercitio execu-
tiois aliorum beneficij vacantis. Pontifex namque prouides aliquem de beneficio vacante, solet committee his exco-
tatione prouisioem vel ordinario loci, vbi beneficium redit,
vel quem prouisus petit, & designat. Quod si hic ordinario de-
signatus, & designatus intra 30. dies prouisioem non crea-
tur, ne prouisio effectu caret, concedendum litteræ executores
Episcopo viciori, seu eius vicario, cum integra vota coda
commissione.

2. Duplex est hoc executiois designatio iuxta diuersam be-
neficij prouisioem. Si enim prouisus approbauerit Pontificis,
eique beneficium consulerit, quin executor tenetut digna-
tem prouisum explorare, neque aliud facere, quam eum in pos-
sessionem mittere; est designatio nuncupata in forma gratiosa.
Quia gratia collationis facta executori constituitur illo ex-
ecutio. Ibi prouisus in possessionem immisso. At si à Pontifice non
est adæquata facta collatio, sed facienda executori remittitur,
si prouisum dignum inveniat, designatione executoris nuncu-
patur in forma digni. Qui sub conditione, quod prouisum
dignum inveniat, beneficij collatio facienda remittunt. Sed in
haec designationes sine gratia facta, vel facienda, percutiente
se concedentia re integræ. Itemque an commissarius vicario Episcopi
pollii ab Episcopo expediti, aut contra, vel transanei in locali-
fore, vel in capitulum sede vacante, latè diximus, trist. 1. legib.
diff. 4. punct. 16.

3. Hi executores debent esse Canonici Ecclesie Cathedralis,
vel alias in dignitate constituti, iuxta textum in cap. statutum
de rescript. in 6. Negoc. oblatæ ex forma mandati plates conce-
ratum ad collationem faciendam, possessionemque conceden-
dam, quæ nullam judiciale cognitionem requiriunt, quoniam
debet supradictam qualitatem habere. Tum quia ita lie-
bit fyllos Rota, & Cancelaria. Tum quia ferè semper partes
iudicis assumunt: eo quod regulariter adiut intrus, vel alias,
qui executionem contradicunt: ob quam causam non sunt meti
executores, sed mixti cum potestate iudicandi, & cognoscendi
de causa executionem impudente. Quocirca autem executor
partes iudicis assumere potest, co ipso index delegatus est, ut
bare debet qualitates relatas in cap. statutum: & ita sensit, &
latè probat Nauat. in cap. cum coningat, de rescript. in 6. cap.
3. cap. a nullitatibus. Neque valer solitus Garcia 6. part. de benefic.
cap. 2. num. 106. affirmans illi executoribus colum secundario,

& necessitatee comperte iudicis partes assumere posse; non autem principaliter, cum non competit illis ex forma mandati. Quia ictu solum secundum concessa illis sit iudicandi potestas, hoc sufficit, ut ab aliis sine iudice delegati fidei Apostolicae, & consequenter, ut in iniuriam, & opprobrium fidei Apostolicae cedar, si personae non qualificate ea potestas committatur ut bene expedit. *Nauarus supra.* Addo non quilibet canonum, neque in dignitate constitutum eligendum est executorum harum literarum, sed ilium tamquam, qui ab Episcopo fuerit iudex synodalis designatus: nisi alius ex mandato expresse constituta censenda est commissio subiectio, iuxta Trident. *seqq.*

4. Moles eligendi hanc executorum est per presentationem authenticam litterarum originalem, vel alias authenticarum: nam quicunque haec litterae expedite sint & executor authenticus presentem ut illos per notarium coram testibus executor nec iurisdictionem habet, nisi que in causa procedere potest. Quia illi legitime non constat de iurisdictione, ut alii relatos probet. D. Molina de Hispanis primus, lib. 2, cap. 7, num. 58. & noster Molina de Hispanis, 2. vbi de maioribus disputat, 59. & num. 2. & seqq. Garcia 6. part. cap. 1. num. 349. & 6. part. cap. 2. & num. 7. prescripnum. Facta presentatione tenetur ordinarius, cui litterae sunt ducunt, intra triginta dies collationem facere, & prouisum in possessionem mittere, nisi obstat contradictor, quem audire debet, & terminos competentes ad allegandam concedere, & finaliter sententiae & iuris non currit et tempus, quia per ipsum non stat, quomodo executioni prouisum demandetur. Idem est salvia fuit impeditus. Garcia 6. part. de beneficio, cap. 2. num. 71.

5. Quod si malitiosa prouisionem facere omittat intra illos 30. dies designatos ad prouidendum, potest prouisus Apostolicus virtute balle nancipare executorum, quia simul cum alia concedit, alium iudicem adire, qui prouisum examinet, & digno reporto beneficium conferat, & in possessionem mittat. Unde post prouisum Apostolicum ad secundum executorum retinete. Nam si velis inflare primum, & expectare ut prouidentem ipse primus executor motam purgare, & beneficium prouidere, quia res ipsa ad secundum executorum in causa negligenter primi concessus est in favorem prouisii, cui ipse prouisus cedere potest: sicut quadam Rota decisione firmat Garcia 6. part. de beneficio, cap. 2. num. 90. Sed antequam his secundus executor procedat, debet ei confitate primum executorum negligenter fuisse in prouisione facienda, quia solus in causa probata negligenter, vel malicie primi executoris si concordator, iurisdictio, iuxta textum in capitulo, si capitulo, de concepcione reprobatur. Et licet in bulla executoria non sit expressus causus negligenter, vel malicie primi executoris, ut executor secundus procedere possit, sed absoluere dictum fit, ut possit procedere, si designatus executor intra 30. dies prouisionem non fecerit. At sub intelligentiam est, si intra 20. dies prouisionem non fecerit culpabili iter, quian odium sue negligenter, & malitia potest, in alium transferre, & abique culpa haec translatio conueniens non est. Gratian. *discept. forens.* cap. 92. num. 31. Garcia de beneficio, 6. part. cap. 2. num. 60. adductusque Rota decisio-

nes.

Debet inquam haec negligenter primi executoris secundo confitare, ut licet & valide prouidere possit, quia negligenter primi executoris est conditio requista, ut secundo iurisdictione concedatur: cum autem nullus iudex vii iurisdictione possit, nisi fecit se iudicem esse, sic secundus executor vii non poterit iurisdictione concedatur, nisi prius fecit primum executorum negligenter fuisse, Garcia alius relatis. *dilata 6. part. cap. 2. num. 95.* Hanc negligenter probabit prouisus, si ex actis ostendat primum executorum requisitum esse, ut prouisionem faciat, ipse tamen in illam omissionis legitimam causam allegavit.

6. Vnde e contrario, si ordinarius primus executor designatus denegat prouisionem, quia prouisus non veritas narrata, vel quia prouisione indigne sit, non potest virtute bullae executoris secundus executor adiri. Quia iam primus executor suo officio functus est, & bullae factificet. Non igitur ad locum bullae executoriae, que solam ad supplicationem malitiosam prouisionis omissionem conceditur. Neque primus executor emendare sententiam potest, cum iam officio suo functus fuerit, sicut reliqui doctores.

7. Hinc oritur difficultas, quando dureret executorum potestas, cum per ipsos non sit, quomodo prouisum in possessionem mittantur. Ex quidem dure, quounque locus sit executionis, tamen ultra annum differatur, videatur certum, quia haec potestas dat ad exequendam gratiam beneficiale, & cum haec terminum non habeat, sed de se perpetua sit, etiam potestas, que illi est accessoria, debet esse perpetua. Neque obstat textus in capitulo, quare non de officio, & potest, iudicis delegati, quo cauet potestatem iudicis delegati ad exequendam sententiam nullam, non possit ultra annum extendi. Quia huiusmodi textus loquitur de iudice delegato principaliter ad iudicandum, secus de iudice delegato ad gratiam exequendam: hic in sententia data pro illius executione etiam ultra annum

procedere potest, & prouisum in possessionem mittere, & de fructibus integrè illi respondet: concessa vero possessione, & fructuum percepcione, si in eis denovo inquereatur, aliquibus placet posse executorum defendere prouisum, coetero contradicentes censuri, paenit, alisque iuris remedis. Quia in supradicto brevi concedit illis executoribus, ut prouisum in possessionem inducatur, faciatque illi de fructibus responderis, & sic inducendum defendant, rametis non possint cognoscere, an legitime sit contradictione. Ceterum dicendum est executoris iurisdictionem spissare ex ipso, quo prouisus pacifice inductus fuerit in possessionem, fructusque recipiet. Quia functi sunt officia, ad quod fuerunt designati. Neque enim executoribus datum est pacificos possesse iam à se conflictos defendere. Nam cum ipsi cognoscere non possint, an contradicentes iure, & legitime contradicunt, nequaquam hanc contradictionem impedit, possunt. Item sententia le grauatum ex prouisione Apostolica, recurrere ad ordinatum potest pro iure sibi debito recuperando. Ergo executores nequeant hunc recursum impedit. Ergo nequeant à contradictionibus iuridicē defendere. Et ego cum in brevi concedit executoribus facultas defendendi prouisum, intelligi debet cum facto, & quasi violenter, & non iure à possessione remouetur, vel saltem cum in continentia post accepitam possessionem inquieratur, ita ut moraliter loquendo non videat accepta possessione. Vide Abbatem in c. pro illorum de prebendis, n. 10. Innoc. ibi n. 3. Staph. de litteris gratia, tit. de vi. & effectu clausulis. & significatio clausula indumentis, num. 3. Robuff. in prax. in forma non prouisionis, verbo & defendant in contumaciam, & in concordia, in forma mandati, verbo defensiones, & in repetita, de concepcione prebendis, num. 29. & seqq. clausulis mandatorum, Garcia, 6. p. de beneficio, cap. 2. num. 146.

8. Sed est dubium ex parte prouisii, quid facere debeat, si sentitur ex grauatu, & iniuste prouisionem denegari, posito quod non potest ad secundum executorum recurrere. Dicendum est ad summum Pontificem, & non ad Metropolitanum appellari debet, quia solus ille est executoris prouisionem denegantis superior.

9. Ab hac doctrina excipit Garcia 6. part. de beneficio, cap. 2. num. 75. causum, in quo ob examinatorium reprobationem executor prouisionem denegat: quia tunc (inquit Garcia) potest prouisus à mala examinatorium reprobatione ad Metropolitanum appellare, & quod examinatores syndicales non autoritate sedis Apostolicae, sed propria iuxta munus, & officium suum examen fecerint, & prouisum reprobauerint. Et licet congregatio Concilij, seqq. 24. cap. 18. de reformis, declarauerit ab examinatorium reprobatione non dari appellationem, hoc intelligendum est inquit de examine in causa facto, secus de alio examine extra causum Metropolitanum vero, ad quem est appellatum, obligatus est prouisum examinare cum tribus examinatorebus syndicalibus, si illos habet, alias à tribus à se electis, & dignum teperatum remittere ordinatio primo executori, ut prouisionem faciat. Quod si hic noluerit, poterit transalat 30. diebus secundus executor adiri.

Vetus haec exceptio mihi non probatur. Non enim examinatores syndicales illa in causa procedunt auctoritate ordinaria, sed delegata a sede Apostolica; siquidem examen prouisi faciunt virtute electionis executoris Apostolici. Nam si executor Apostolicus eos non eligit, ipse in examen procedere non possent: examinantes ergo prouisum ex facultate accepit ab executori, ac proinde, ut delegati sedis Apostolicae. Non igitur ad alium, quam ad Pontificem dari potest appellatione. Addo examen dignitatis prouisi esse accessoriū collationis, illiusque fundamentum. Sed ad Metropolitanum non potest pro collatione appellari: Ergo neque pro examini dignitatis prouisi: accessoriū namque sequitur bēt patentes principales.

10. Rursum dubitabis econtra, quid debas facere si prouisus ab ordinario sis, vel alias prouisum ius ad beneficium habete? Breueri respondeo, te debet coram executori Apostolico titulum ostendere, illamque si negetur statim, & in continentia probata summatim, iuxta ea que tradit Menoch. de arbitrio, lib. 2. cap. 28. num. 5. ipsum vero executorum obligatum esse te audiare, & interim executionem prouisionis suspendere, alias omnia essent attenuata. Quod non solum habet vetum, cum littera concedentur sub supposito quod sit aliquis intrusus, vel cum clausula vocatis vocandis; sed etiam si absolute concedentur remoto quolibet detentore. Quia iniustum esse videatur, si tu inauditus iure acquisto prius, Gonzalez glossa, annotat, contra nullis. Et attenta, à num. 20. & seqq. Garcia 6. part. de beneficio, cap. 2. num. 140. Si vero comparans ad contradictionem, polloquum prouisus missus est in possessionem, nequaquam de tua iustitia coram executori allegate posset: quia iam expirauit eius potestas sed coram ordinario item intentare debet, ut bene notauit.

Garcia supra, num. 145.

* *

§. III.

Quæ debeat executor Apostolicus verificare, prius quam gratiam exequatur.

1. Veritatem narratorum explorare debeat, esto littera in forma gratioli expedientur.
2. Onus probandi narratam prouiso comperit.
3. Si littera in forma digni expediantur, debet insuper verificare dignitatem prouisi.
4. Si noscaris idoneus, an debat executor te examinare? Negat Sanch. Afirmat Garcia. Conciliatur ha sententia.
5. Quid si examinans repria i: indignus, an posse executor alij examini te subicere? Subdistinzione responderetur.

Si littera beneficiale expedita sit in forma gratioli, obligatus non est executor verificare aliquam iudicalem facere, sed extra judicialiter se informare potest de veritate narratorum. Hanc informationem ante omnia præmittere debet, vt gratia executioni mandari posse, quia insuper gratia haberet tacitam conditionem, si preces veritati nitancut. c. 2. de rescript. leg. fin. in princip. Cod. de dieris et reformat. Si autem adit contradictor, præmittere iudicalem informationem narratorum debet; quia partes iudicis aliud sunt. Naufragium tamen tenetur explorare dignitatem prouisi, quia iam præsupponitur explorata ante gratia concessionem, ideoque vocatur prouisio in forma gratioli. Neque in hac parte eis potest contradicitor executionem impediens, si doctores referendi.

2. Onus probandi narratam comperit prouisio, quia ipsi comperit iustificare suam gratiam & probare veritatem dixisse in narratione. Caelar. de Gaffis. 7. num. 3. Flamin. Parvus l. 1. quæsi. 2. num. 44. & l. 10. quæsi. 3. num. 1. Gonzalez in annal. ad nullis. Et ait gloss. 9. num. 1. Garcia 6. p. de benef. num. 161. & 189. Huius oneris satisfaciens semper probatio in his, que non sunt gratiae fundamentum, sed illius causa motiva, & impulsiva, qualia sunt in hac estate esse constitutum, his qualitatibus esse prædictum, beneficium tanti valoris existere, & similitudinem vero in iis, que gratiae fundamentum sunt quorumque in contrarium est iurius præsumptio, vt si imperat et beneficium, eo quod reservatum sit, vel alteri collatum simonizat, vel ante legitimam iuratem: tunc enim plenè probando est narrativa; quia nec reservatio, nec delictum præsumunt, nisi probetur, & pro libertate beneficij, & pro possidente est iurius præsumptio. Garcia num. 171. Et latius num. 225. & seqq. vbi variis decisionibus Rotar. complobat.

3. Si autem litteræ beneficiale expedita sit in forma digni, tenetur executor ultra verificare narratorem explorare dignitatem prouisi, scilicet legitimum esse ordinis Ecclesiastico insignitum, utique competenti, bonis moribus, suffici, neque scientia prædictum. Quod si hanc informationem omittit, collatio facta nulla est, tametsi in prouisi dignus existat, quia sub conditione, quod idoneus cognoscatur, collatio executori facienda conceditur, vt constat ex illo verbis, si per diligentem examinationem illum idoneum esse reperitur. Ergo si ante collationem non reperiatur executor te idoneum, etio tu idoneus sis, nulla est collatio, ipso contra formam facta. Sic Sanchez de mair. lib. 3. disp. 33. n. 4. & 18. disp. 34. n. 26. & disp. 35. n. 16. Garcia 6. p. de benef. c. 2. n. 2. 58.

4. Difficilis est, an tenetur executor te examine, si idoneus est noscaris? Negat idem Sanch. loco de dispensatione, l. 8. disp. 1. num. 1. & disp. 34. num. 24. Et disp. 3. num. 16. Mouetur, quia in manifestis nulla est opus examinatione, cap. manifesta. 1. q. 1. Sed non est credendum. Ponit enim velle actum inutiliter fieri. Ergo cum præcipit examinationem præmit et, dignitas prouisi cognoscatur, intelligi debet cum alias nota non est.

Conteratur affirmat Garcia supra num. 259. & seqq. & ait collationem factam examine non præmisso, esse nullam. Moutatur, quia est facta contra formam mandati, qua requiri te idoneum esse reperitur per diligentem examinationem. Ergo si examinationem non præmitur, quantumvis te idoneum, esse cognoscatur, non satisfaciens formam, seu conditionem in mandato contentam, & si simili probati potest ex Trident. decreto, sese. 24. cap. 18. de reforma, vbi prontio parochialium non præmisso examine annulatur, quantumvis fiat per persona notoriæ idonea.

Ceterum conciliari possunt ha sententiae, si media via procedamus. Existimo namque cognitionem præmit, in tua dignitate non excusat executor ab examine præmitendo: quia executor obligatus est tuam dignitatem iuridice cognoscere, antequam de beneficio prouideat. Nam cum publice confare debet de potestate executoris, & de valore prouisionis, publice etiam debet constare de tua habilitate, siquidem sub hac cognitione, & non alteri executori iurisdictione conceditur. At si tua dignitas publica, & notoria est, executorque comprobatur notorietaatem, non tenetur alio examine vti, quia satis examinatus tua dignitas illa notorietaatis comprobacione: fuit. Glossa

cap. Qui sine examinatione, verbo sine examinatione, dicitur, fin. verbo qui concubinas, dif. 53. vbi tanquam certum supponitur in notis nulla esse opus examinatione. Et confirmari potest ex doctrina ipsius Garcia 6. part. de benef. c. 2. n. 269. dictus executor rem, sive remittat examinationum alium (y nodali) examinatorem, ipseque examinator, quia satis cognitam habet tuam idoneitatem, ab illo examine schedulam approbationis concedat posse ad prouisionem procedere; quia satis per approbationem examinator ei conflat de tua dignitate. Ergo ad legem prouisionem sufficit iuridica cognitio de idoneitate prouisi, rametli examen propriæ non procedat.

Neque oblat in parochialibus prouidendis per concursum examinatione esse requisitum, quatumvis prouidendus idoneus sit, & probetur, quia in supradicto decreto Trident. hac forma examinationis per concursum praescribitur. At in prouisionibus Apostolicis non praescribitur examen concursus, sed solum examen idoneitatis, cui sufficiunt creditur sati factum, si texibus dignis prouisi comprobetur.

5. Sed quid si examinatus repriari indigneus, potestem executor te item examini subicere, & dignus reperitus beneficium conferre? Negat Garcia d. 6. p. de benef. cap. 2. num. 25. & mouetur: quia executori conceditur potestas tibi conferendi beneficium, si per diligentem examinationem te idoneum esse reperitur. Ergo te idoneo non repetito celat executor iurisdictione. Verba namque illa per diligentem examinationem, de prima examinatione intelligi debent, ex reg. leg. bones & hoc sermone, ff. 2. vñ. significatis per multum tempus expectati posset, vt habiles reditus, & plures examinati, vt faterem aliquia vice sufficiens videtur, quod alienum est à ratione, præcipue in parochialibus, vt peracto examine tenentur examinatores denuntias qui fuerint idonei reperti.

Placeat mihi hæc doctrina, si supponamus te ab examinatore indigneus esse iudicatum. Quia iam executor constat de tua inhabilitate per diligentem examinationem, & celat executori conditio. Sed quia examinatores declarationem, possumus ignorare, & examen inequum relinquere in aliud tempus petitionandum si illo tempore, quo examen perficiendum est, te dignum inveniant, & sic declareris, potest executor virtute huius declarationis te beneficium prouidere. Quia per diligentem examinationem dignus repertus es, & nunquam repertus indigneus. Neque dici potest te his esse examinatum cum priorem examinationem declaratio syllabica non fuerit: solum enim femei examinationi diligenter, etio duplice tempore examini fuisse subiectus, nonne namque illæ vices vicinum examen.

§. IV.

Quæ beneficiorum conditions exprimenda sint
i: mandatis Apostolicis obtinendis.

1. Plures exprimi debent.
2. Narrare debet esse clericum legitimum nullo modo imprimendo affectum.
3. Narrare debet beneficia obtenta, si quam habet.
4. Item quilibet ius ad beneficium.
5. Aliqui confessi pensionem habitam exprimendam esse, sed non videretur certum.
6. Item debes dignitatem exprimere, si quam habes.
7. beneficij per vim posse non videtur menio necessarii scienda.
8. Qualiter obligatus sis exprimere, si plures suis dispositi sunt.
9. Qualiter patrimonium & praesumponitum laicale, & pensionem narrare debet in imperatione beneficii.
10. Si qualiter beneficii imperat: non exprimitur gratia vocata.
11. Vnde nulla est gratia beneficij curati, cura non expressa.
12. Item gratia beneficij iurisprudentialis: non expressa hac qualitate.
13. Et beneficii Ecclesiæ cathedralis tacita hac qualitate.
14. Et beneficii residuum requirent si illius residuum non secundum mentionem.
15. Si beneficium tanquam curatum imperatur, cum tamen complexus sit, vitiatum gratia.
16. Subrepititia est gratia beneficij non expresso eius value, sed false ex profecto.
17. An motus proprius excusat hoc vitium.
18. Si est beneficium electuum, & tacca, vitiatum gratia.
19. Si secularis sit, beneficij regulare imperat, nulla est beneficium.
20. Si sub nomine beneficij hospitale imperat, quod beneficium non est.
21. Item est nulla gratia, si beneficium unitum imperat tacca vocatione.
22. Item si beneficium est monoculare, neque qualiter manifestum.
23. Item si narres beneficium vacasse per obitum, cum vacat per resignationem.
24. Item si sit de beneficio affido, neque affiditionem declarat.
25. Si beneficium à te occupatum sine titulo imperat tacca intromissione.

- 26 Si beneficium alteri aque principaliter vniuersum impetrare faciat
in uxione.
27 Quid si beneficium ecclesiæ inferioris impetrare facito sancto
illius ecclesiæ?
28 Si est impetratio contra statuum, neque statutum manife-
stas, et nulla.
29 An uitetur rescriptum, si alterius colorati tituli mentionem
non facias.
30 Vicius rescriptum, si omittas narrare alterum esse in bene-
ficij possessione.
31 Annalix decenter in beneficio referendo non videatur necessa-
ria expianda.
32 Ius tamen si aliquis sit etiam super possessionem exprimenda,
33 Supradicta procedure in imperatione à Pontifice, scilicet ab
ordinario.

Ver executor apostolicus munere suo rectè fungatur, ex-
piorate debet ad expressiores conditiones necessarias in
mandatis apostolicis expiendas, quia iis non expressis im-
petratio subreptitia cœlentur aliquas artigianis §. 3. dicturi in
præcepto quæ desiderantur. Has conditiones explicitat latè Fe-
min cap. in nostra de rescripto Ioan. Scilicet tr. de benef. 3. p. 9. 11.
quas tu capit redit Men. lib. 2. de arbitr. casu 201. n. 32.
Patum est ratione potest impetrantur. Secundum est ratione
qualitatis beneficij quod impetratur. Tertiū ratione iuris, quod
in beneficio impetrando alteri competit, quem ordinem sequen-
tia.

1 Ex primo capite inquit Menoch. num. 33. narrare debes bene-
ficium esse legitiūm, idoneū, nullisque virtus inuoluntur.
Sed licet hæc in imperante necessaria sint, non tamen necessaria
est ut illorum facias mentionem, quia ipso supponuntur.
cum adeo de rescripto cap. causam que de electione. & c.
ex alteris de transact. Et ibi gloss. & notauit Azor. 2. p. inf. mor. l.
6. 33. q. 1.

3 Secundo (inquit Menoch. num. 41.) narrare debes beneficium
obtenta si que habes. cap. ad aures. cap. cum adeo. cap. postulati-
fi. cap. audiencem. 2. cap. in nostra. cap. si proponente. de refer-
p. Et cap. si motu proprio de præbendis. in 6. Ratio est, ut ambi-
tions via pœcludatur. & ne alii, vel ecclesiæ sequatur præ-
diciorum plura beneficia vni conferatur. Quod procedit, etiam
si beneficium habentes tenue sit, & insufficiens ad vita susten-
tationem, ut ex dictis iuribus claret; & tradit. Azor. 2. p.
lib. 6. cap. 33. q. 3. Nam licet in cap. is cuius. Et cap. non potest de præ-
bendis. in 6. dicatur mentionem faciendam esse beneficij ad vi-
tam sufficiens, cum non negetur insufficientis faciendam esse
mentionem, firma manere debet decisiō d. cap. si motu proprio. Et
cap. si proponente, ex quibus colligitur euilibet beneficij faciendam
esse mentionem. Tenui namque est beneficium, cu-
m' inueni sit in cap. si proponente, de rescriptis; quia dolo neg-
avit se beneficium habere, nulla fuit gratia facta. Neque hæc
obligatio cessat ex quo illo beneficij obtentio spoliatur. Suen-
tissimum eum per spoliacionem titulum non amiseris, illius
mentionem facere debes. Menoch. dicto casu 201. num. 4. Et
idem est, si beneficium habentes renunciari, dummodo renun-
ciatio admisita a superiori non sit, quia adhuc retines titulum
beneficij. Menoch. n. 47. Quod si solum promissi renunciari, ex-
suum Menoch. n. 48. cum Felino. non solum beneficium habeti,
sed cum huius promissionis te obligatum esse facere mentionem,
quia potes beneficium, & possessionem illius obtinere, qui-
bus locis non sit promissum. Ceterum ego de hac extensione
maxime dubito. Tum quia optimè potes beneficium secundum
obtine, & promissi renunciari, ante capiam secundi beneficij
possessionem primo renunciari. Tum quia ex nullo texu
colligitur huius promissionis faciendam esse mentionem. Neque
vale dicere. Pontificem non concessurum secundum beneficium,
si fecerit factam esse promissionem renunciationis primi. Quia
est quitas extrinseca neque a iure præcripta. ideoque con-
cessio non immutat. Sicut si fecerit Pontificis aliquos defec-
tus, & peccata à te commissa, beneficium non conferet: at quia
non tenet illos declarare, ex illo tamen tuncitate non reddit
collario nulla. Hæc obligatio exprimendi beneficium habi-
tum, non tollitur ex eo quod beneficium manuari sit. Nam tex-
tus in cap. si proponente. de rescripto. Ita loquuntur de quo-
libet beneficij habito in titulum. Menoch. n. 46.

4 Imo non solum euilibet beneficij habiti, sed etiam iuris
ad illud obligatus es facere mentionem, ut fatus colligatur ex
cap. ad audiencem. el. 2. cap. in nostra de rescriptis. Quocirca si
presentatus, vel electus es ad aliquod beneficium, vel illius colla-
tionem habes, etio non acceptam expiriere debes. Menoch.
n. 43. Azor. 2. p. lib. 6. 33. q. 5. Hoc autem intelligi debet,
ut illius iuris probabilem ignorantiam haberes: haec enim ex-
colat gratiam à subceptione; ut expriſe habetur cap. gratia de
rescripto in 6. vbi. cum tempore impetrations nescires; & mul-
tis allegatis docet. Menoch. dicto casu 201. n. 52. Azor. 2. p. 1. 6.
cap. 33. q. 5. At Basil. Legionem. lib. 8. de matr. cap. 17. §. 3. n. 19.
affirmat non ob ignorantiam reddi gratiam validam; sed quia au-
tem facientiam collationis, & illius acceptationem dici non potes
beneficium habere. Verum, etio beneficium non habas, habes

Ferd. de Castro Sum. Mer. Pars II.

tamen ius ad illud, cuius mentionem facere debet, si dolo non
ageres, si sciens ibi factam esse collationem, nec repudiares, neque
admitteres, vt secundum obtinetes beneficium, quia dolo dici non
potes agere, cum iure proprio fieris.

5 Supradictam doctrinam extendit Menoch. casu 201. n. 53.
ad penitentiæ ecclesiasticam, quam si habeas, exprimere debes
in impetratio cuiuslibet beneficij. Quia loco beneficij hæc
penitio succedit, etiæ beneficium rigorosum non sit. Sed hæc ex-
tentio non est ita certa, cum obligationes extendendas non sint
vita proprietas verborum; & contrarium docet Basil. supra
num. 7. Azor. 2. p. inf. mor. l. s. 12. q. 14. nisi ad titulum pa-
partatis beneficij a Pontifice obtinetur.

6 Tertio (inquit Menoch. n. 40) narrare debes dignitatem, si
in ea reperiatur, quia ita cauerit in cap. ad aures, de rescripto.
Quod non solum verum habet, cum minoria beneficia impetrar,
vt dicit Menoch. sed etiam maiora obtinebas. Nam esto textus
in cap. ad aures, solum de obtentione minorum loquatur. At
alijs textus generaliter de qualibet beneficij obtentione loquuntur;
ideoque in obtentione cuiuslibet beneficij etiam maioris
mentio facienda est de dignitate. Adeo cap. ad aures, solum
de beneficiorum minorum obtentione loqui, quia nullum benefi-
cium minus dignitatem est, esto inter ipsas dignitates una sit ma-
ior altera.

7 Quarto inquit Menoch. n. 45. te debere mentionem facie-
re beneficij per vim posselli. Moverit, quia violentia communis
forte tetradabit Pontificem à beneficij concessione. Frustra enim
legem imploras, qui in legem i deliquerit. Sed hæc ratio mihi
non probatur, alias obligatus estis huius delicti mentionem fa-
cere, tamen si beneficium non possideres, sed ab illius posses-
sione, etiam si possidesset, est nullo iure cauteum videtur. Credetem tamen
si beneficij de facto possidere, esto non de iure, te obliga-
tum esse illam iniquam possessionem manifestare, quia aboli-
tum beneficium habes. Adeo si si beneficium ab illo titulo legiti-
mo possides, victimi iurantis intuitionis. Debes ergo ab hoc
vicio absoluiri, ut capax beneficij consenseris ab illo absoluitus ne-
cio quanto ob causam in impetratio beneficiorum illius facere
mentionem debetas.

8 Quinto inquit Menoch. n. 39. te obligatum narrare
alias dispensationes, si plures fuiti dispensatus ratione plu-
rius defectum. Sed hoc intelligendum est, cap. quo dispense-
tationes inter se sunt connexæ, & ad eundem finem ordinatae,
vt latius tract. de reg. 4. p. vti. s. 4. diximus.

9 Sexto debes narrare patrimonium, si quod habes; preci-
pue si ad illius titulum fuitus ordinatus, quia videtur loco be-
neficij subrogari. Sed hoc intelligendum est, ut bene explicat
Azor. 2. p. inf. mor. lib. 6. cap. 33. q. 8. cap. quo tibi beneficium
confertur titulo pauperis. Quia certas fundamentum
concessionis, si patrimonium habes. Idem quod dictum est de
patrimonio dici debet d. præstimonis, & pensionibus tempo-
ralibus latè ad vitam concessis. Secus si solum pro limitato
tempore concedantur, quia cum illa limitata concessio te à
paupertate non liberet, illorum mentionem facere non teneris.
Azor. 2. vers. ex quo s. Adiuerte supradicta intelligenda esse
cap. quo gratia habet proprio motu concessa non fuerit. Nam
si mons proprio concedatur, valer gracia rametis de beneficij
obtensis mentionem non facias, ut expresse habetur cap. si mo-
tu proprio de præbendis. in 6. Et clement. si Romanus, eodem iis, ibi
si Romanus Pontifex de beneficio alicui mons proprio prouideat
non habita mentione prouisionem, seu gratiam huiusmodi. fore
validam declaramus. Quia cum hac gratia ex meta principis
liberatae procedat, præsumitur concessurus, etiam si verita-
tem nescit, sic vniuersos doctores docere testatur Thom. Sanck lib. 8. de matr. diff. 21. num. 47. Hæc ex primo capite.

10 Ex secundo capite, nempe ex beneficio impetrato, vitia-
tur gratia, si qualitas beneficij expressa non fuerit, eo quod gratia
tunc voluntaria non est, cum illam Pontifex non cognoscat: sic
doctores referendi.

11 Ex quo sit primo gratiam vitiani beneficij curati, si curam
actuum beneficij anxiæ non exprimas: quia sub nomine
beneficij in mandatis apostolicis de prouidendo, simplex venit
intelligendum, & non curatum, vt colligatur ex cap. cum in illis
de præbendis. in 6. cap. pro illorum eodem iis. si Menoch multis relatis
lib. 2. de arbitr. casu 201. n. 61. Azor. 2. p. inf. mor. l. 6. cap.
32. q. 6. cap. 33. q. 11. Quod verum habet (inquit Menoch. n. 63.)
estio beneficij curato non obligatus sis per ipsum detinere,
ad huius tenet illius curæ mentionem facere. Quia absolute,
beneficium curatum estimo esto motu proprio gratia conce-
sa sis ad huius tenet curæ facete mentionem. Quia motus
proprio, tametili subreptionem tollat ex parte impetranti.
cap. statu proprio de præbendis. in 6. non tamen tollit subre-
ptionem, quæ ex te ipsa, & ex parte concedentis prouident, hoc
est, non statu gratiam, quam concedens facere non intendit
cap. cum nullus de præbendis. in 6. Et cap. is cuius eodem. Menoch.
n. 64. 201. q. 11.

12 Secundo sit vitiani gratiam beneficij iuris patronatus, si
tacitacque qualitate beneficium impetrare. Quia non credidit
Ponticem præjudicare velle patronis. Menoch. multis relatis

n. 71. Azor. *s. p. q. 6. & q. 11.* Excipit tamen Menoch. n. 72. beneficium patronatus vacans in curia super quo pendeat lis inter patronos quia de hoc patronatu, cum firmus non sit, & certus, non curas Pontifex.

13 Tertio sit vitiani gratiam beneficij cathedralis, si huius qualitas metionem non facias (*quia sub nomine beneficij*) in mandatis ambiciosis non venit beneficium in cathedrali sicut, *cap. quamvis. el. 1 de probandis in 6.* Menoch. n. 73.

14 Quarto sit vitiani gratiam beneficij residentiam requirentis, si huius residentis non facias mentionem. Nam esto omnis beneficium residentiam et quirant, ex *cap. vlt. de clericis non residetib.* At confusudine praescriptum est simplicia beneficia libera esse a residentia. *cap. gratia. de scriptis. in 6.* Cum ergo sub nomine beneficij simplex intelligatur, efficitur sane intelligi etiam a residentia exemptum. Ergo in concessione beneficij non venit beneficium residentiam requirens, & consequenter non rener concessio. Menoch. n. 74. Azor. q. 11. Excipit tamen Menoch. n. 77. alii relatis, si motu proprio esse facta concessio, quia tunc (inquit) residentis qualitas non expressa nec in vitia. At hinc exceptio minus non probatur, cum qualitas residentiae sit beneficio intrinseca, & illa non expressa non videtur beneficio concessi natura explicati. Quoties enim qualitas beneficij intrinseca tacetur, gratia etiam motu proprio concessa non subsistit, ut relato Abbat. & aliis, docet Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 21. n. 1.* Deinde si motus proprius, ut super diximus ex ipso Menochio, non excusat explicationem qualitatis eius, neque etiam excusat debet residentia explicationem; cum virtutae qualitas ad substantiam gratiae pertinet.

15 Quinto sit vitiani gratiam si beneficium tanquam curatum, aut residentiam requiriens conferatur, cum tamen simplex sit, quia ignorat Pontifex quam gratiam concedat. Menoch. n. 76. Neque obstat forte, ut facultas concedatur, si sciret simplex esse. Nam esto hoc verum est, quod non est certum, cum aliquas speciales rationes habent posita ad concedendum beneficium, residentiam expostulans, quae in simplici non procederent. At cum non sciat naturam beneficij, quod confert, non potest talis collatio illi voluntaria esse, et motu proprio fiat concessio.

16 Sexto sit vitiani gratiam beneficij, cuius valorem in impretratione non exprimis, aut falso exprimis, vel augendo, vel minuendo notabiliter. Nam esto ex iure communis non sit opus valoris explicatione ad beneficium impretrationem, cum qualitas beneficij a valore non pendaat. At cum in regulis Cancelleriarum sit huius esse faciendam mentionem, alias impretrationem fore subiectum, efficitur hoc omnino seruandum esse, scilicet Menoch. *de arbit. lib. 2. cap. 20. n. 78.* Thom. Sanch. *l. 8. de dispens. et disp. 21. n. 4.*

17 Sed an motus proprius excusat hanc taciturnitatem valoris, vel illius falsitatis explicationem? Menoch. *supra n. 83.* affirmit illius taciturnitatem excusat, fucus falsitatem, quia quando valor tacetur, non mouet Pontificem ad concessio- nem, neque affirmit potest legitimè informatum deiecatrum esse, immo oppositum debet presumi. At cum falsus valor exprimitur, presumi potest ex illius relatione notum esse, ac proinde ex falso causa, & contra voluntatem ipsius: motus autem proprius nunquam supplet subiectum commissum contra concedentis intentionem, ut multis docet Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 21. numero 32.* Verum hæc distinctio probanda est in causis, quæ Pontificem novent ad concedendum, quarum falsa explicatione refutetur vitiani motu proprio concessum, ut multis probat Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 21. num. 51.* At valor in beneficio neque est qualitas beneficij intrinseca, cum ius naturam non muerit, sive augeatur, sive diminatur: neque est causa, quæ Pontificem moueat ad concedendum: ad summum enim mouet ad auctoritatem, vel difficultatem concessione. Ergo ex falso valoris explicatione refutetur motu proprio concessum annullari non potest: si quidem falsi expressio, quæ sublata non tollit concessio, etiam si difficulter reddatur, non reddit refutatum subiectum, ut multis allegatis probat Sanch. *disp. 2. 1. num. 32. & num. 32. & nos diximus tract. de benef. disp. de priuileg. & disp. de dispensat.*

18 Septimo sit gratiam beneficij vitiani, etiam motu proprio concessam, si cum sit beneficium electuum, rater illius qualitatem. Quia nunquam consentit Pontificis iusta electionem derogare, Menoch. plures referens n. 84. consentit Sanch. *lib. 8. disp. 21. n. 50.* idem efficacius procedit in beneficio ius patronatus laicorum quod nunquam soler Pontifex derogari. Azor. *lib. 6. cap. 32. quast. 6. & cap. 33. q. 11. in fin.* Sochez *supra.*

19 Octavo sit vitiani gratiam beneficij regularis, si con secularis sis, illud imperies tacita beneficij qualitate, & contra si regularis sis, imperies beneficium seculariter. Tum quia ignorat Pontifex, quam gratiam tibi concedat. Tum quia ad illam gratiam inhabebis es. Neque hic defectus excusat ob clausulam motus proprii, quia hæc non supplet personæ imperanti iurabilitatem, ut multis relatis docet Sanch. *supra. n. 49.*

20 Non sit gratiam hospitalis etiam motu proprio concessa.

nam vitiani, si sub nomine beneficij impetrat, quia regulariter beneficium non est cum laico concedi possit, & habetur expressio clement. per litteras de prebendis: ibi, Nulli peste decommissus prouideri: nisi hoc in apostolicis litteris caueatur expressio lat. enim error commissus in gratia substantia, quia ex clausula motus proprii non reparatur Gonzalez *gloss. 5. q. 4. 7.* Menoch. alii relatis, dicto *cau. 201. n. 88.* Excipe tamen, nisi ex confitudine, vel fundatione beneficium esse, ut plura hospitalia sunt, iuxta dicta *disp. 1. de hospitalibus.*

21 Decimo sit beneficium vitium per se impetrari non posse tacita unione, etiam ex clausula motus proprii. Tum quia per unionem extinctum est. Tum quia non prælustrat velle Pontificis item unionis dissolue, potest tamen illud impetrare, si impetrare principale, quia ad huius impretrationem accessoria sunt, Menoch. *a. n. 91.*

22 Unde fit mandata de prouidendo, etiam motu proprio concessa, subterpria esse, & nulla, si fuerit de beneficio monachalib. s. hoc est, ad collationem vincere pertinentibus, tacita hac qualitas. Quia non est credendum Pontifex velle ordinari collationem vincere prouisione, quam habet, priuare, iuxta clau. 1. de sentent. excommunic. ad fidem, & tradit. alios referens Menoch. *lib. 2. de arbitr. cap. 20. n. 94.* Gonzalez *gloss. 5. 4. n. 4. & 5.* Azor. *l. 6. c. 2. q. 6.* Adiutor tamen cum Menoch. *vid. n. 95. & 96.* Gonzalez *n. 17.* beneficium monachale non dicit, si collator illius tantum libertam collationem habet, habet tamen similitudinem cum aliis, vel ad alia beneficia prælustrare, vel elegere potest. Quia cum competat illi aliorum beneficiorum prouidio, absoluere dici non potest, ut in camillili competere, quod ad modicularem qualitatem requiritur.

